



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Digressio de Tribulationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Digressio de Tribulationibus.

Quod Deus maxima providentia tribulationes pendit.

PUNCTUM XXXIX.

Job. 26.
Ærumnas
Deus provi-
dentissimè
dispensat.

Qui ligat aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum. Ligat nimirum, continetque in nubibus suæ discretissimæ providentiæ aquas tribulationum, ut non erumpant, &c. Hinc ex his nubibus modò solvit febrem, modò capitis, modò laterum dolorem, sed non exolvit dolores omnes: continet aquas in nubibus, & non emittit eas, ne evertant terram. Sic modò exolvit rerum jacturam, modo filij amissionem, &c. sed catarractas non aperit, ut non erumpant pariter deorsum, &c.

Ezech. 1.

Turbo illè veniens ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, non à se ipso directus, sed ab animalibus oculatis, moderatis à manu ad nutum vocis supra firmamentum, ad quem nutum stabant, & submittebant alas suas: quò intelligamus, tribulationes, etsi ad Dei nutum volent, ad ejusdem etiam nutum, & præscriptum sisti; nec posse equos præcipientes, & in incertum nubem fulminibus gravidam deducere, sed oculatè, & certò eò deferre, quò Dei manus, suaque divina vox indicaverit, atque præceperit.

Psal. 91.

Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, ad amissim, &c.

Job. 28.

Job: *Qui facit ventis pondus*, hoc est, flatribus persecutionum modum imponit, inquit Cassiod. juxta illud: *Non patitur vos tentari supra id, quod potestis.*

I. Cor. 10. 13.

Apoc. 7.

Hinc Angeli illi in Apoc. stantes super quatuor angulos terræ; tenentes quatuor ventos terræ; ne flarent, cum Deus esset terræ, marique iratus.

Psal. 74.

Hinc ipse Deus suis in manibus calicem tenens, cui vult, & quantum vult ad

A amissim ad scrupulum propinat illum. Qui calicem bibit, quem alter tenet in manibus, statim ac is manum removel, nec guttam ulterius bibere potest. Sic, sic, cum Deus vult, ut amplius non bibas, calicem, quem porrigit, removel: sed cum adhuc ad os tuum calicem tenet, cur læto animo non bibis? *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum.*

B *Quid tu vides, Jeremia? Virgam vigilan-* Jerem. 1.
tem ego video. Mirum! virgam oculatam, non orbam aut lumine, aut cæcam, sed videntem? Sic, quia Deus benè videt, quem, & quantum percutiat.

Idcirco David assimilabat eum unicornio, non tauro: *Et dilectus, quemadmodum filius unicornium.*

Psal. 28.
Rhinocerotis
instar ferit
Deus.

C Duas ferunt esse hujus animalis proprietates. Alteram, quòd vulnerando sanet: dicunt enim cornu illud medicinale, & antidotum esse veneni; contra verò cornu tauri lethale, ac venenosum. Alteram, quòd oculos sub cornu habeat, ut videat, quem petat: taurum verò oculos claudere, cornuque petere. O quam verum urruque! *Ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus ejus sanabunt.* Hebr. *Ipse vulnerans medetur, &c.* Unde dici possunt plagæ Dei, plagæ vitales, non plagæ mortales, &c. Nec vulnerat clausis oculis, sed *quemadmodum filius unicornium, apertis oculis, &c.*

Job. 5.
Hebr.

Si enim inimicos servorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per que possunt mutari à malitia, cum quanta diligentia judicasti filios tuos? O miram ad rem scripturam! Expende verba: Cum tanta cruciasti attentione. Græcè, *Cum tanta puni videri circum-*

Sap. 12.

Græcè.

E *spectione, cum adeò provida ratione, & cura, & præmeditatione, quasi attenderes, ne modum excederes in pœnis, & quæ puniendis congruerent supplicia, ut non læderent, sed juvarent, vel sensim, ac paulatim irrogando attentus esses, ac veluti aures, animùmque applicares, ac admoveres ad eorum deprecationem, pœnitentiamve? Cum quanta diligentia,* Græcè, *Exactè, sollicitè, exquisitè,*

ACCURATÈ

Lorin. ibid.

accurata diligentia, ac studio: quinimmo ex A
 Lotino, tenacitate, ac parcitate, Italicè, ris-
 guardo, & riserva, iudicasti filios tuos.
 O dulce! ò dulce consolationis argu-
 mentum!

Tum iusto, tum peccatori insigne
 beneficium est tribulatio.

PUNCTUM XL.

Ioan. 15.

Absque synagoga facient vos. Prædicat
 Dominus suis discipulis non ho-
 nores, non opes, sed labores, & tri-
 bulationes. Ducam per ignem, & uram
 Dei, est, ab illo eos, sicut uritur argentum, & probabo
 afflictiari. Hinc Tertull.
 Facit Deus transire electos per tora enta
 ignium, & suppliciorum, per martyria fi-
 dei examinatoria. Ut Jobum transire, ac
 iterum transire fecit per tormenta igniũ,
 & suppliciorum, & per martyria suæ fidei
 examinatoria! Ut putum aurum, igne
 examinatum, purgatum septuplũ, inven-
 tum est! An putas me aliter respondisse tibi
 (hoc est, permisisse, ac immisisse tibi hæc
 omnia) quam ut appareas iustus? hoc est,
 undequaque perfectus, &c.

Iob. 40. iuxta
LXX.

At peccatori quam insigne beneficium
 est tribulatio? Anima illa dispersa in
 Threnis, & aberrans a Deo, ut tribulatio-
 nibus revocatur? Septem metaphoris ea-
 demmet: *Edificavit, inquit, in gyro meo, &*
circumdedit me felle, & labore. In tenebrosis
collocavit me. Aggravavit compedem meam.
Sed & cum clamavero, & rogavero, exclusit
orationem meam. Conclusit vias meas lapidi-
bis quadris, semitas meas subvertit.

Thren. 3.

Primò, septo beneficiorum vallavit
 me, beneficiis me primùm quæsit, sa-
 num, divitem, nobilem, magnum fecit,
 cælum, terram, mare, omnia pro me cre-
 avit, Angelos in custodiam dedit. Quid
 ultra? *Edificavit in gyro meo*, ut his cir-
 cundatus beneficiis non egrediar ab
 amore, à lege, &c. Sed quia beneficiis
 ingrata cæciti, hisque abula sum revolvit

(etsi semper in beneficium hæc beneficia)
 revolvit cælum, & fecit æneum, &c.
 revolvit terram, &c. ut pugnet orbis ter-
 rarum contra insensatam ac talem amo-
 rem. Unde hæc beneficia venerunt Sic
 Hier. Quid est ædificare in gyro, nisi u-
 dique pressuris coarctare? Sic coarctat,
 dum sanitatem in infirmitatem, divitias
 verrit in paupertates, honores in igno-
 miniam, &c.

B Sequitur: *Circumdedit me felle, & labore. Thren. 3.*

hoc est, quocumque me verterem, fel,
 amaritudinem, tristitiãque propina-
 bar. *Cibabo eos ab synthio, & potabo eos felle.*
 Ut omnia, scilicet, amarescant, quò ipse
 solus dulcis sit. Sic August. optabat: Peto, *August.*

Domine, ut omnia mihi amarescant, ut
 tu mihi solus dulcis sis. Omnia felle, &
 afflictione respersa sunt tibi: ubique fel,
 ubique amaritudines. Nõne sentis,

C Deum velle te ab his mundi rebus ab-
 ducere, ac instar parvuli ab lactare? Ma-
 gnus Dei beneficium, nullam hic repe-
 rite consolationem, ac non nisi fel, & af-
 flictionem sentire. Sic Deus universum *nesicium.*
 stratum versat, inquit Greg. ad illa verba, *Psal. 40.*
Universum stratum ejus, &c. cum omne, *D. Greg. 23.*
 quod hic sibi paravit ad requiem, hoc ei
 Deus mutat ad perturbationem. Sic abo-
Iob. 33.

D *minabilis sit ei in vita sua panis,* hoc est, con-
 solatio omnis, ut exponit Greg. amarefcit,
 ut ab lactetur, & c. quò nimirum hic nul-
 lam consolationem repens, properet,
 ubi veræ consolationes, & gustat reperi-
 untur, hic moras non nectat, viam pro
 patria non diligat, &c.

Quærit D. August. cur permiserit *Exod. 14.*

Deus tot incommoda, afflictiones, ac ser-
 vitudes filiis Israël in *Agypto* sub imma-
litas ab Agy-
 ni illa tyrannide Pharaonis? Respondet, *pro vocant.*

E ut facilius exirent ab *Agypto*, nec me-
 dio in itinere redirent memores labo-
 rum, &c. qui tamen primâ die redire
 voluerunt. Quid si consolationes ha-
 buissent in *Agypto*? Idcirco, Fratres,
 privat nos omni gustu: idcirco circumdat
 nos felle, & labore; ut evellamur ab hac
Agypto, &c. Ars diviniæ nutritis
 Ephraim, &c.

Præterea *In tenebrosis collocavit me. Ut*
 solent

Solent nutrices in tenebricoso aliquo cubiculo fastidiosum parvulum concludere, quò postea quietus sit timore tenebrarum: sic timorem mortis, tenebrarum illarum exteriorum immittit Deus, ut aliquando quieti simus. D. Hieron. per locum tenebrosum, quasdam intelligit interiores tenebras, in quibus non discernitur, quales fuerunt Ægyptiæ: in hâsque conjicit quosdam vivaciore, liberiorisque conscientiz, ut hisce tenebris, aut scrupulis à veris tenebris liberentur.

Adhæc: *Aggravavit compedem meam.* Ut accipiri oculi quodam operculo, pedesque aggravantur, & constringuntur, ne volitet, neve è pugna diffugiat: sic aliquibus visum rerum charissimarum adimit, & pedes affectionum constringit: *Aggravavit compedem meam.* Conjicit illum in lectum, hoc est in compedes ponere: sed quia fructum ex infirmitate non educit, aggravat compedem. Ille in via Dei nec uno gradiebatur gressu, ut curat compedem aggravat. Quis crederet? Cum Deus hominem in compedes tribulationis, ac infirmitatis conjicit, tunc currere facit. *Posuisti in nervo pedem meum.* Mox: *Et observasti omnes semitas meas. Tu quidem gressus meos dinumerasti. Quid? in nervo cucurristi? Immo.*

Hinc: *Sed cum clamavero, & rogavero, D. exclusisti orationem meam.* Ubi Hier. Dissimulat audire dolentium vocem, ut augeat utilitatem, ut purgetur vita per poenam, & quietis tranquillitas, quæ hic inveniri non valet, alibi queratur.

Cretecit: Concluste vias meas lapidibus quadris. Per hos lapides quadros intelligit Hier. difficultates quasdam insuperabiles. Ut ostendat anima se validis tribulationibus coarctatam, lapidibus quadris se clausam dicit: quia petreæ formam quadratam habentes, ubicunque positæ fuerint, fixæ jacent. Quocunque impingis, negotiam nullum perficere potes. Petreæ quadræ, &c.

Tandem: *Semitas meas subvertit.* Equo semita subvertitur defossa humo, ut sic retineatur. Quoties tibi Deus viam incidit? O quoties ruebas! &c. Sic August.

Speranza Scriptura selecta.

A Præceps ruebam, Domine: tu me tenuisti, &c. *Semitas, consilia, technas, ac dolos subvertit, vel conturbavit, hoc est, omnia callium vestigia, & indicia confudit, ut cognosci nequierint: quin ita pervertit, ut cum aliud tendere viderentur, aliud longè subduxerint, & in eundem locum, unde me eripere conabar, more cæci cujusdam labyrinthi, reduxerint.* Id quod in persona peccatoris dicebat Job: *Semitam*

Martin. del Rio. Christoph. à Castroibid. Job. 19.

B *meam circumsepisti, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.* Et per Oseam Osea 2. Deus: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam materiam, & semitas suas non inveniet.* Id, quod eademmet anima in Thremis subdit: *Semitas meas subvertit.* Chald. *Vias meas spinis obduxit.* Sept. *Persequutus est recedentem, & cessare me fecit.*

Chald. Septuag.

C Quod sæpè videmus accidere criminosis, qui justos Judices fuga evadere nituntur. O benedictus Deus! ò benedictæ spinæ, quæ peccatorum spinas jam inde infixas in anima extraxerunt! quæ me ab infernalibus spinis liberarunt, quæque rosas æternas germinarunt! Benedictæ, inquam, spinæ, quibus Inferni, perditionisque meæ vias obduxit! Benedictæ hora, quæ me persequutus est recedentem, & cessare me fecit! Benedictæ tenebræ, quæ me luci restituerunt! Benedictus denique labyrinthus, qui me à peccatorum meorum anfractibus, ac nexibus liberavit! Quid si me recedentem persequutus nõ esset? Quid si per vias mortis tot punctiones non sensissem? Quid si omnia per via, anfractum nullum, labyrinthum nullum novissem?

Divinam hanc laudat bonitatem Propheta. *Qui educit vinum.* Genebr. per Genebr. asyntheton, è malis eos, qui exasperant ipsum, in fortitudine. Recentiores, in compedibus. Cajetan. ex Hebr. in congru. *Cajet. entis.* O benedictus Deus! Quid illi compedes, illa tribulatio? Divina tuæ salutis congruentia. Ah clamat ille: *Deprimor malis, cito fer opem, fer auxilium.* Non in congruentis.

Job. 13.

D. Hier.

D. August.

T De

De tribulationum effectibus.

PUNCTUM XLI.

D. Dionys. de
ecl. hier.
Erumma pur-
gant, illumi-
nant, perfici-
ant.
Iob. 20.

Iob. 6.

Hebr.
D. August.

S. Iren. lib. 5.

Tribulatio tres illas hierarchias efficit operationes, purgat, illuminat, perficit. Ut purgat, eum proportionatissima medicina! ut in infirmitate divitias, quas devoraverunt, evomunt avari! Divitias quas devoravit, evomet, & de ventre eius extrahet illas Deus. Quoniam medio? pharmaco tribulationis. Et quando restituisse ille? quando male parta bene dispensasset, nisi hanc medicinam sumpisset? O quot indigestiones ex nimia prosperitate! O quot mali humorum salutarium, poenitentiarum, &c. Quid agit Deus? Medicina tribulationis purgat stomachum. Et quae prius nolebat tangere anima mea, nunc pra angustia cibi mei sunt. Hebr. Angustia cibi mei sunt. Tribulatio, inquit August. videtur poena, & ruina, & est medicina, &c. O poenam! &c. & est medicina, &c.

Nec solum purgat, ut medicina, sed & sicut ignis. Ob id praecipue, inquit Irenaeus, Eris tunc tribulatio magna, &c. ut omnes electi, qui tunc in vivi erunt, igne conflagrationis perfecte purgati, statim post iudicium in caelum valeant evolare.

Et haec Dei bonitas est, quae nunc etiam ad purgandos electos facit eos transire per levem tribulationis flammam, sicque eos purgat in camino tribulationis, commutans Purgatorium in has paucas, levesque tribulationes, quae interim eos purgant, ut argentum, & aurum. Quid nam aliud sunt iusti, quam aurum, & argentum, sed in hac vita non tam purgatum, quin parum stanni admixtum retineant; aliquid deordinatae affectionis, aliquid negligentiae, omissionis? &c. Quid agit Deus? Convertam, inquit, manum meam ad te, & excoquam ad purum aurum tuum, & auferam stannum tuum. Illa deordinato amore maritum, aut filios diligit, auferit illi Deus maritum. Quid agit Domine?

A Volo hoc aurum ad purum excoquere; auferre stannum, &c.

Quid erat Melanthe, nisi argentum, & aurum; sed stanno mixtum, cum amore forsitan deordinato erga maritum, & filios? Sed ecce, calente adhuc mariti corpore, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Heu, Domine, quid agis? Volo hoc aurum purgare. Sensit haec certe, nam ad pedes ad voluta Christi: expeditior, inquit, tibi servitura sum, Domine, quia tanto me onere liberaisti.

Edificabitis urbes parvulis vestris. Sept. Num. 32. Edificabitis civitates impedimentis vestris Septuag. O quam vere filij impedimenta sunt! &c. Filij impedi-
Sunt laquei, quos saepe igne tribulationis menta & la-
exolvit, Colligatorum puerorum laqueos qui saepe pa-
ignis exolvit in ea fornace, sed pueros non rentum.
laesit. Hoc agit tribulationis ignis, imper- Dan, 3.
fectiones absumit, laqueos dissolvit, &c.

C sed non laedit, purgat, decorat tribulatio.

Vidit Zacharias duas illas mysticas virgas: Vnam, inquit, vocavi funiculum; alteram vocavi decorem. Quid? Virga decor est. Ita plane.

Si dormiatis inter medios eleros. Graec. Inter medias sortes Hebr. Inter medios tripodes, inter cacabos, & lebetes. Quid? Nigerrimi evadentis? Audi. Penna columbae deargenta-
ta, & posteriora dorsus eius in pallore auri, &c.

D Cum Deus hominem tribulat, terrenorum affectuum pulverem ab eo discutit. Sic Petrus Blefensis: Flagello Domini pulvis excutitur. Pulchre certe: Nisi vestes excutiantur, pulvere, ac tineis corroduntur. Quid agit Deus, cum flagellis te caedit? Pulverem a te excutit, a corruptione te liberat.

Alius tribulationis effectus, aliaque operatio hierarchica est, illuminare. Tribulatio est collyrium Apocalypsis, & fel Tobiae. O quot caeci, qui non nisi hoc felle illuminantur! O quot mox ut eos Deus ab equo prosperitatis deturbat, eadunt ab oculis tanquam squamam, & visum recipiunt! Cognoscetur Dominus iudicia faciens, Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum, Domine. Via vita, increpatio disciplina. Vexatio dat intellectum auditui. Domine, in angustia requisierunt te.

Oculos, quos culpa claudit, inquit Gregor.

got. pœna aperit. Fames illi patrem dedit lapere, inquit Chrysol. de filio prodigo, cui copia tulerat sentire genitorem, fames revocat, quem saturitas expulerat. In crassitie, fratres mei, calcitramus. *Incrassatus est dilectus, & recalcitravit, dereliquit Deum factorem suum.* Magalian^o ibid. juxta alios: *Deturbavit factorem suum, more scilicet belluarum, quæ quò pinguior, eò plus fimi ejiciunt.*

Estne id verum, ô Propheta? O quàm verum! *Non est respectus morti eorum.* Symmach. *Non sunt agnitioes morti eorum, non renem doloribus, aut gravi febre affliguntur peccatores, Hebr. ad verbum: Non sunt constrictiones, sive vincula morti eorum. Et firmamentum in plaga eorum, celeriter, nimirum explicantur à calamitatibus.* Ad verbum: *Et virvida est fortitudo eorum. In labore hominum non sunt, humanis miseris non agitantur. Idè tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate, & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Alij: Egressi sunt præ adipe oculi eorù, transferunt in imaginationes cordis.*

Prospera oculos claudunt: verissimum. Nimia humorum copia, nimia pinguedo, nimius fulgor, ac radiatio Solis torum possunt excæcære hominem. Sic, sic prospera, divitiæ, licentia absorbent ratione, ac oculi interioris obrutù: quin aliquando non solum offuscant, sed etiam excæcant. Excellens sensibile corrumpit sensum. Sensibile supra sensum impedit sensationem. Axiomata philosophica. Ut hanc Philosophiam noverat David! *Ab altitudine dici timebo; in ipso nimirum meridiei fulgore, dum prospera cuncta succedunt, timeo, inquit, ne visum amitram.* Id quod & accidit, & ipse plorans confessus est: *Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

Filius ejus Salomon ex tanta claritate rerum ut excæcatus! Ut idolis cæcus immolavit! De eo Bernard. 2. de conf. dicit: Blandientibus secundis rebus Salomon ex toto desipuit: sed *Et vidi, quòd hoc quoque esset vanitas.* Chald. *Cum primum advenit super me angustia, & afflictio, dixi: Etiam hoc vanitas.*

Sed sicut, quorum oculi caligant ex cla-

A ritate nimia, ac improporionata, visum in locis obscurioribus, minùsque luminosis recuperant: sic sepe, quos fortuna nimium fulgurans læsit, in adversitatù obscuro visum, rationemque recuperant. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.*

B Juvenis ille, dum Sol prosperitarum super ipsius zenith directus illuxit, ac splendidissimis, fulgidissimisque radiis undiq; circumdedit, ita caligavit, ut nec Deum, nec patrem agnosceret, immò nec se ipsù, nec dignaretur cælum aspicere: sed ubi versa fortuna est, ac Sol cœpit ei occidere obnubilatus, inclinatq; crevere umbræ, nudus, famelicus, subulcus, potcis ipsis, quos pascebat, pauperior, ut visum recepiti ut oculos adaperuit! *Pater, peccavi in cælum, & coram te, &c.*

C Et quid nò videt oculus tribulati? Quò ejus non pertingit acies? Infernum penetrat, transcendit stellas, novit se ipsum, ac Deum. Millies de pœnis Inferni sermonè audieris: sed quando aliquo animi metu de eis cogitasti, nisi cum aliquo dolore pressus? *Dolores, dolores Inferni invenerunt me.* O quàm eo tempore ea tormenta penetras positus in tormentis febris, dolorum! &c. Se ipsum novit: *Ego vir videns paupertatem meã in virga indignationis ejus.*

D O quot propriam in adversitatibus paupertatem vident, quàm parùm patientes! &c.

Lutum fecit, & inunxit oculos meos, lavi, & vidi, aquã scilicet tribulationis, luto propriæ vilitatis, &c. Sic Rex ille, qui visum, cognitionem Dei, sui que perdidit, in tribulatione oculos, ad cælum levavit, Altissimo benedixit, & sensus ejus redditus est ei, &c.

E Inquit Cassiodor. principales illustrationes, ac lumina rerum divinarum, quibus Psalms composuit David, in tribulationibus accepisse: Psalms enim, si non omnes, magna ex parte occasione tribulationum compositi sunt. O qualem sui donat Deus cognitionem in tribulationibus!

Deut. 32.

Magal. lib. 3. in Cant. Moyl.

Psal. 72. Symmach. Hebr.

Psal. 55.

Psal. 37.

Bern. Eccl. 1.

Psal. 76.

Luc. 15.

Thren. 3.

Ioan. 9.

Dan. 7.

Cassiod. in

Psal.

Eranna pend

omnium psal-

morum occa-

tribulationum

compositi sunt.

O qualem suo

Iob. 33.
Alij.

Incepit per dolorem in lectulo, aut per aegritudinem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere fecit. Conjicit illum in lectum: producit ignem (febrim) de medio ejus, qui det eum in cinerem. Ut hic ignis incipit extinguere concupiscentiarum ignem! Ut ossa, vires, vivacitates paulatim marcescunt! Propter arumnas abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illius cibus ante desiderabilis. Alias non gustabat ille præter carnalia, omnia stomachus rejiciebat: abominabatur Sacramenta, verbum Dei, vah! nauseabat. Nunc carnalia abominatur, recreationes, quæ erant animæ illius sapidus cibus, fastidit stomachus. Unde? Ex dolore, ex aegritudine. Adhuc amplius: Consumpta est caro ejus à supplicis, reverteretur ad dies adolescentiæ suæ. O effectum tribulationum, ac infirmitatum, per quas aliqui aedò puri fiunt, ut ad pristinam innocentiam reverterentur! Et quoniam cum simplicibus sermocinatio ejus, sequitur: Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem ejus in jubilo. Qui, quid esset oratio, jam pridem nesciebat, in infirmitate discit orare, seseque Deo commendare Deum alloqui, &c. quia aliquando videt faciem ejus in jubilo, &c. Qui olim non nisi carnalia sapiebat, intelligebat, patiebatur, nunc ecstasim patitur, &c.

Cæcilius in epist. ad Dominam Illustriss. Post. tract. de tribul.

Dicit hoc loco bonus ille vitæ spiritalis Magister, quam ex illa tibie diffractione, quam (Deo omnia fortiter, ac sua viter disponente) nobili aulico juveni, sed deperdito contigisse narrat, effectus omnes, quos patientissimus recenset, veri sint. Ut statim per eruris diffractionem, Deum, quem cæcus, ac miser ignorabat, agnovit. Ut immanis dolor, quo die, nocteque vexabatur, patrem Deum illi dedit sapere, quem delictis tulerunt sentire genitorem! Ut omnino alter, quæ prius nec summis labiis volebat tangere, tunc præ angustia dulcissimi ejus cibi facti sunt! Ut qui antea torus erat, addictus ludo, totum postea se dedit orationi! Ut qui non nisi vana videbat, ac somniabat, in morte tandem vel Angelorum visione factus est dignus!

Ezech. 10.

Mirum, quantam Dei cognitionem in infirmitatibus nonnulli adipiscantur? Bos

A. ille labore lassus, ac pressus in Cherubim transformatus est.

Chryf. Pædagogus noster est tribulatio. Et D. Pacianus in parænesi de patientia: Tribulatio repertorium est divinatorum.

Bonum ergo, bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas. Credite mihi, Fratres: tribulatio oculos aperit. Balaam homo, cuius obturatus est oculus, qui cadit, & sic aperientur oculi ejus. O quot in cæcitate remanent, nisi permitteret eis Deus aliquem casum, aliquam honoris, rerum jacturam, &c. Sic, & sic aperientur oculi ejus.

Cum occideret eos, quarebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & remorati sunt, quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est. Quid! Obliti erant? Erant. O prosperitates, ut exerceant! O adversitates, ut illuminant!

¶ Alius effectus est. Tribulationes perficiunt. Ut ignem charitatis accendunt! Ceu aqua irrorata super ignem per antiprismaticum ignem non extinguit, sed magis inflamat: sic aquæ tribulationum non extinguunt charitatem, sed magis eam inflammant. Vidistis fabros ferrarios? Quid agunt, dum ignem irrorant? Dum sic manu in ignem aquam conjiciunt? Volunt magis accendere: calor enim remissus, ac dissipatus eam aquam sentiens unitur, intenditur, accenditur. Sic, sic debilis nostra charitatis flamma, remissus calor amoris, dissipata in tor creaturas dilectionis aquâ tribulationum unitur, intenditur, & accenditur.

Ob id etiam candelabrum illud septem lucernarum contra Septentrionem iussit Deus constitui. Erat illud figura justorum, inquit Orig. quos Dominus in tribulationum latere constituit: Ab Aquilone enim pandetur omne malum; ut scilicet earum turbine concussi, varique exagitati, virtute majori resumpta in majus transeant incendium, majorémque flammam, clarissimæ lucis emittant. Annona lucerna Job super candelabrum stercorarium (ut loquitur Cæsar) contra Septentrionem constituta? An putas me aliter respondisse, quam ut appareas justus? hoc est, nisi.

Chryf. hom. 62. ad pop. D. Pacian. Psal. 118. Num. 24.

Psal. 77.

Exod. 26. Orig. hom. 9. in Exod. 1

Iob. 2.

Iob. 40.

Septuag.

nisi ut tua virtus, &c. clucescat? **A** multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, invenitur in laudem, &c. Ad hunc lapidem vellem te perfectum cognoscere. Fiater, ad hunc tuas devotiones explorare, nondum te bene novi: *Tange, tange eum*. Ubi Gregor. Nemo quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit: quantum quique gratia in tranquillitate mentis percipere, in adversitate perturbationis ostendit. *In igne probatur aurum, homines* Eccl. 2. **B** verò receptibiles in camino tribulationis, &c. *Qui acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Lapis Lydius probans, an homo Tob. 12. sis perfectus.

Huc optime facit, quod observat Hieron. in factum David, cum panes illos à Sacerdote poposcit. David, inquit, non erat de Sacerdotibus, non licebat ei comedere panes propositionis, sed quia persecutio Saül virtutum illius profectus erat, propterea in fuga sua, dum nescit, subito Antistes efficitur, & non violat mandatum Dei. Sic ille. Ubi expende illud, subito Antistes efficitur, quod est vitæ perfectioris, quin etiam perfectus.

Tribulati, magnis itineribus ad perfectionem ambulant. *Euntes ibant, & sebant*, hoc est, quia sebant. Quid dico ambulanti? Properant: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Per patientiam curramus, inquit Paulus Hebræor. 12. Quid dico, accelerant? Currunt, volant. *Homo nascitur ad laborem, & arvis*, hoc est, ut arvis ad volandum. Quid dico, volant ad perfectionem? Jam eam adepti sunt. *Nostra autem conversatio in calis est.*

Ut Jobum tribulatio perfecit! Ante tribulationem dicenti Domino ad Satan: *Nunquid, &c.* hoc est, Invenirent pores, & calumniator, in hoc viro imperfectione? Respondit dæmon: *Nunquid Job frustra timet Deum? Nomen, &c.* quasi diceret: Deest probatio patientiæ, nondum constat esse perfectum. Tunc Deus, *Ecce in manu tua est, &c.* post ulcus pessimum à planta pedis, &c. Mirum non est ausus amplius adesse, nec ultra apparuit, quin obstructum est os ejus impudentissimum, & patientia illius perterrefactus obmutuit, &c. *Patientia, patientia, fratres, opus perfectum habet.* Esto dicatur aliquis vir probus, si tribulatus non est, non erit sic perfectus, & integer, ut in nullo deficiat: *At Patientia, inquit Jacobus, opus perfectum habet, ut sitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Tribulatio est lapis Lydius, *Ut probatio fidei vestrae*

A multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, invenitur in laudem, &c. Ad hunc lapidem vellem te perfectum cognoscere. Fiater, ad hunc tuas devotiones explorare, nondum te bene novi: *Tange, tange eum*. Ubi Gregor. Nemo quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit: quantum quique gratia in tranquillitate mentis percipere, in adversitate perturbationis ostendit. *In igne probatur aurum, homines* Eccl. 2. **B** verò receptibiles in camino tribulationis, &c. *Qui acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Lapis Lydius probans, an homo Tob. 12. sis perfectus.

Ad hunc lapidem ut probavit Abraham! *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer illum ibi super unum montium, quem monstravero tibi.* Quodlibet verbum probatio erat, immò multæ, ac gravissimæ probationes erant, ut divinè D. Thom. de erudit. Princ. lib. 5. c. 26. post quas: *Nunc cognovi, inquit, quod timeas Dominum.*

Tribulatio præservat à peccato.

PUNCTUM XLII.

D I sibi voluerunt Apostoli, cum Domino Ioan. 9. innum interrogaverunt: *Quis peccavit, hic, & c.* Erumna servavit à peccatis. (cæcus natus) an parentes ejus, ut cæcus nasceret? Non aded rudes, ac simplices erant Apostoli, inquit Leontius, ut crederent, hominem nondum natum posse peccare, sed ejus erant opinionis, Deum à prævisis peccatis per cæcitatem eum præservare voluisse. Præsciens enim Deus, quosdam multa peccata posse committere, flagellat eos, ne peccent, quia utilius est frangili laboribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem.

Proficiscitur Abraham cum uxore in regnum Abimelec, mox sublata est mulier in domum Regis. Unde eam non tetigit? *Ego custodivi te, inquis Deus, ne peccares.* Custodivi, retinui, repressi, sic Eugubin. Quâ id ratione? Josephus. Morbo gravi, ac Medicis ignoto, quo Abimelech morbo servatus ab adulterio. Gen. 20. Eugub. Josephus.

eum impeditur, ne quid in Saram pos-
ser.

Ecl. 31.
Ecl. 10.

O quam verum illud! *Infirmas gravia
sobriam facit animam, & curatio cessare faciet
peccata maxima.* Cedite enim, ut ait Titel.

August. l. 1.
Conf. 11.

ad purgationem peccatorum præterito-
rum, & à futuris custodit. Augustinus
morbo correptus ut Baptismum petit!
Quodam die pressus stomachi dolores:
Vidisti, Deus meus, quo motu animi, qua
fide Baptismum Christi tui flagita vi à pie-
tate matris meæ, & matris omnium no-
strorum Ecclesiæ tuæ. Et infra: Et ecce
excipior ibi flagello agrudinis corpora-
lis, & ibam jam ad Inferos, portans omnia
mala, quæ commiseram, & in te, & in me,
& in alios. Pro quo toties in Soliloquiis:
Quis me tenuit? quis, ne illuc præceps
irem, prohibuit?

Idem l. 5. c. 9.

Idem in So-
liloq.

Idcirco sinit quandoque Deus, ut erus,
aut brachium frangatur, ut oculus lumi-
ne privetur, &c. Nunquid nostis dicti il-
lius apud Matth. interpretationem: *Me-
lius est debilem, vel claudum intrare in regnū
celorum, quam, &c.* Nunquā novi, posse
claudicantem aliquem, aut mancum cæ-
lum ingredi, sed certè credo, eum, qui il-
luc intraturus est, defectum nullum, aut
corporis vitium habiturum. Verū non
id volunt verba Christi, quod cæcus ali-
quis, vel claudus illuc sit intraturus, sed
hoc, nimirā si claudus non fuisset, si cæ-
cus, si emolumentis carnalibus, divitiis,
liberis orbarus non esses, ad cælum ne-
quaquam pervenisses: pervenisti autem,
quia Deus te oculo, aut filio privavit;
quia hisce in rebus inferioribus te man-
cum fecit, quod si eum oculum habuisses,
si prosperè per hæc terrena omnia deam-
bulasses, in barathrum, heu, ut præceps
ruisses!

Num. 12.
Astritio pedis
Balaamum
in viam re-
duxit?

Ibat Propheta ille maledicturus popu-
lo Dei, at ecce asina, supra quam sedebat,
subtus eum cecidit, pedemque sedentis
attrivit: tunc aperuit Dominus oculos
Balaam, & vidit Angelum evaginato gla-
dio, cui Angelus: *Cur, inquit, teris verbe-
rus asinam tuam? Ego veni, ut adversarer ei-
bi, quia per-versa est viatua, mihi que contra-
ria.* At ille: *Peccavi, nesciens quod tu stares*

A *contra me, & nunc si displicet tibi, ut vadam
revertar.* O quot præcipites per abru-
pta perditionis abirent, nisi eis asinus
corporis subtus caderet, nisi pedem se-
dentis attereret! O quot ad mortis ter-
rores inquirunt: Si displicet tibi vadam per
viam hanc, per quam ambulo, revertar,
vitam commutabo, &c.

In manu forti erudit me, ne irem in viā
populi huius. Alij: *Quasi ad manum apprehen-
dit me, ne irem in viā populi huius.* *Isai. 8.
Alij.*

B Sic, sic obfirmat Deus, sic sistere aliquos
facit. *In chamo, & frano (infirmittatis, &
tribulationis) maxillas eorum constringe, qui
non approximant ad te.* Si aliquos profugos
invenit: *Tribulatio, & angustia, ceu Dei mi-
nistri, invenerunt me,*

Joab castrametatus circa Abalam:
*Tradite, inquit, illum solum (rebellem ac
proditorem Seba, Hebr. saturitatem.) & re-
cedemus à civitate.* *2. Reg. 20.
Hebr.*

C Sæuli furenti scyphum, & hastam ab-
stulit David, unde ille expergefactus:
*Peccavi, inquit, nequaquam ultra tibi male
faciam, quasi diceret: En novi fati, quod
cum modò me posses unico ictu interficere,
vitam meam servasti. O divinum,
ò verè divinum in nos amorem, ac boni-
tatem! Quorū, dum eum persequere-
mur, offendebamus, unico ictu corpus,
animam mittere poterat ingehennam?
Sed scyphum solum nostrarum volupta-
tum abstulit, & hastam sanitatis, eui inni-
tebamur, quaque eum offendebamus,
abripuit, vitam autem servavit, ut dicas:
Nunc apparet, quod stultè egerim, & ignora-
verim multanimis, vel erraverim supra mo-
dum.* *1. Reg. 26.
Alij.*

O charæ, ò verè charæ tribulationes, *D. Hier. ep. ad
Rusticum.*
quæ nos præservat à peccato! Bonus ille
juvenis apud Hieronymum, qui carnis
tentatione vexabatur, justū Abbatis inju-
riis affectus, & calumniis fatigatus Papæ!
(respondit percontanti quomodo postea
circa tentationem haberet) vivere
non licet, & fornicari li-
bear?

Tribulatio ad Deum adducit.
PUNCTUM XLIII.

A *Hi, qui sunt, & unde veniunt? q. d. quo- Apoc. 7.*
modo hoc mare interpositum transe-
runt! Carina tribulationis. De tribulatione
magna, &c.

Post se hominem trahit, vel prosperis, vel Iob. 22.
adversis: ut Regulum infirmitate filij, qui
felicitate non venerat.

In tribulatione sua mane consurgent ad me, Osea 6.
& dicent, Venite, & revertamur ad Dominū,
&c. Psalm. *Conversus sum in erumna mea, Psal. 31.*

B *dum configitur spina.*

August. Punctus tribulatione cœpi August. in
quærere refugium, quod in illa felicitate Psal. 93.
læculari deseram quærere. Quis enim fa- Augustinum
cilis recordatur Deum, qui semper felix tribulatio pu-
est, & spe præfenti gaudet? O quàm ve- pugit, ut Deū
rum! Ferè nullus. Nisi nos pungeret, nisi quæreret.
spinas infigeret, nisi calcaria admoveret,
dormitarem, oblivisceremur, divaga-
remur.

C *In ira populos confringes. D. August. legit: Psalm. 55.*
In ira populos deduces, & subdit: Irascaris, & D. August.
deducis, lævis, & salvas, terres, & vocas.
imples tribulationibus omnia, ut in tri-
bulationibus positi omnes recurrant ad
te.

In funiculis Adam traham eos. Duplices Osea 11.
funes Adam, beneficiorum, & tribulatio-
nū: raptis primis, secundis attractus est.
Sic plerique raptis catenis amoris, tra-
hantur catenis tribulationis, ac timoris.
D *Sic ligatus catenis Manasses: Postquam co- 2. PAR. 33.*
angustatus est, oravit Dominum Deum suum,
& egit penitentiam valde coram Deo.

Tribulationes sunt veluti citationes
ad jura solvenda. Fugit ille creditorem,
debitum nollet exolvere, quid verò cre-
ditor? Eum ad Judicem accessit, quò sol-
vere compellat.

E *Quis, rogo, debitor nisi peccator, qui Matth. 27.*
debebat ei decem millia talenta? Fugit, solvere
detractat. Deus eundem citat. Quænam
Dei citatio? Egritudo, afflictio, tribula-
tio. Per Malach. Dilexi vos, sicut Dominus, Malach. 1.
quasi dicat: Vestri, ô homines, sum
creditor amoris? Et dixistis: In quo di-
lexisti nos? En, ut debitum negant! En ut
fugiunt! Quid ergo Deus? Et nunc ad vos Malach. 2.
mandatum hoc, si nolueritis audire, &
nolueritis

Isa. 43.
Erummarum
aquilo ad Deū
adducit.

Luc. 15.
D. Greg.

Osea 2.

Erumna Dei
satellites, &
lictores.

Iona 3.

Interlin.

ET dicam Aquiloni: *Affer mihi filios tuos*
de longinquo. Qui fieri potest, ut Aquilo
dispans nubes, filios afferat? O quot
ex longinquo sunt vicini Deo per tribu-
lationes! Filius qui abierat in regionem
longinquam, ut per tribulationes alla-
tusi D. Greg. ad illa verba, Compelle intra-
re. Felix, inquit necessitas, quæ ad Deum
ire compellit, & mala, quæ nobis hic pre-
munt, ad Deum nos ire compellunt.

Fit esse patrem, cuius filius quietis im-
paciens, dissolutus, &c. paternum impe-
rium non sustinens, rumpit jugum, & di-
cit: Non serviam; & vanâ fruitur libertate,
odio habens paternam domum. Quid
amans pater? Scribit ad amicos: Si filius
meus ad vos diverterit, ne illum excipia-
tis, ut ad me redeat. Sic, sic viam obsidet
spinis, ut viam deserat, ut domum redeat.
Ubi Gregor. O tormenta misericordiæ!
cruciat, & amat. Hinc Deo permittente
creaturæ omnes adversantur, & terrores
Domini, & pœnæ Domini militant con-
tra me, ut me devictum ad creatorem re-
ducant, &c. Militia Dei tribulationes im-
missæ, &c.

Fugiebat Jonas, & ecce Dei ministri,
venti, mare, calum, pisces, nautæ, &c. de-
scendit fugitivus in interiora navis. Et
mare ibat (Interlin. ad nutum Dei perse-
quens fugitivum) Et intumescebat super eos.
Eadem Gloss. ostendens se ultionē Crea-
toris non posse differre. Et navis periclitu-
batur conteri. Heb. Et navis cogitabat con-
teri. Protopopœja, &c. Quid! Volebant
reducere fugitivum? Omnino, Ubi
se ipsum reduxit, stetit mare, quieverunt
venti, &c. Venter ille ceti videbatur rui-
na, inquit Hieron. & factus est custodia,
& carina, quæ quod Deus volebat, Pro-
phetam derulit. Agit tribulatio, ceu Dei
carina, etsi tibi naufragium, & ruina vi-
detur, ad Deum te ducit.

Prov. 6.

volueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem. Quid egestas, Fratres? De cursor, qui diem dicit, ac in jus vocat, us debitum dilectionis solvatur. In Proverb. de pessimi pigritante: *Et veniet tibi quasi viator egestas.* Quid hic vult sibi viator? Juxta quandam glossam, non is, qui iter facit, ac pertransit (id enim parvi faceret peccator, si citò scilicet egestas ad eum veniens pertransiret) sed viator, ut antiquitus, is, qui alterum in jus vocat, aut diem dicit, appellatur: *Et veniet tibi quasi viator.* Ad rem Septuaginta: *Et veniet tibi, tanquam cursor, egestas, & pauperies, quasi vir armatus.*

Septuag.

*Peccatum est causa tribulationum,
& adversitatum.*

PUNCTUM XLIV.

Iona 2.
D. Hier. ibid.
Peccatum ple-
rasque generat
arumnas.

NAutæ (inquit Hieron. de Jona inobedi-
diente,) videntes navim demergi,
credebant onus mercium causam esse
submersionis: sed non considerabant, in-
quit, esse onus fugitivi Propheta. Tol-
lebant vasa, & mittebant ea in mare, ut
alleviaretur navis, sed quod navim mer-
gebat, non tollebant. Quam plurimi
malos corporis humores evacuant, pu-
tantes eos causas esse infirmitatis, sed nō
considerant esse onus fugitivæ volunta-
tis, fugientis nimirum a voluntate Dei,
&c. Res illius pereunt, tollit onus, im-
pedimentum illud lucri, &c. & adhuc sub-
mergitur, quia non tollit onus, quod
mergit

Matth. 9.
Et agridi-
nes.

Deferunt illi ad Dominum paralyti-
cum, ut corporaliter curet, at Dominus
remittit ei peccata Domine, postulant sa-
nitatem, tu peccata dimittis? Removebat
nimirum. ait D. Thomas, agridudinis
causam, ut pōst induceret sanitatē. Primò
peccatorū vincula dissolvit, inquit Chryl.
ut ostenderet, eum ob nexus culpa-
rum, artuum dissolutione fuisse damna-
tum.

A Si jus fecerit iniquitatem, ponam coram eo *Exech. 2.*
offendiculum. D. Hieron. & Theod. le- *D. Hieron. ex*
gunt: *Dabo tormentū in faciem ejus. Quod-* *Theod. ibid.*
nam verò sit tormentum istud, exponit
Theod. dicens: *Ponam infirmitatem, ut*
torqueatur. Vidistis nostrates Judices ve-
ritatem perquirentes? Negat reus, tum
Judex: Funes dejicite, equuleum deferte.
Mox visis tormentis reus sua furta fate-
tur. Hoc sibi vult: Ponam coram eo tormen- *Ad confesso-*
tum. O quot obstinati! sed ponatur coram *nem compell-*
his tormentum, febris acuta, laterum dol- *lunt agridi-*
lor, ac divulsio, &c. ut clamant: Citò, citò *dines.*
Confessarius veniat! &c.

Expendit Ambrosius, Orationario deci- *Ambros. in*
mo præfixum titulum *Iod*, quæ litera, in- *Psalm 118.*
quit, Latina significatio est confessio dicitur, *Oson. 30.*
vel certe desolatio. Nec discors, sub-
dit, aut dissonans videtur interpretatio,
siquidem, qui desolari sunt, citius confi-
tentur.

C *Livor vulneris absterget mala* D. Gregor. *Prov. 10.*
ad illa verba *Psalm. Sana animam meam, Psal. 40.*
quia peccavi tibi. Percutit, inquit Deus, ut
sanet, & idèd feras verbera admovet, ut
inatus vulnera animæ sanet, &c.

Sic Hugo Catenis premens patientis- *Hugo Cat.*
sini verba: *Ipsè vulnerat, & medetur percu-* *in Psal. 19.*
tit, & manus ejus sanabunt. Percutit, in- *Iob 3.*
quit, corpus, & sanat animam.

D *Iram Domini portabo, quoniam peccavi* *Mich. 7.*
ei, &c. Peccatum est magnus tribulatio-
num, ad existitum. Achab scelestus ad
prælium descendens, ne interiret, regium
commutabat habitum, militaremque in-
duebat, at ecce: Quidam tendit arcum, in
incertum sagittam dirigens, & casu percussit
Regem inter pulmonem, & stomachum, tunc
dixit auriga: Ejicite me de exercitu, quia gra-
viter vulneratus sum. Mirum! sagitta sic in

E incertum directa, (Hebr. *In simplicitate di-* *Hebr.*
recta) percussit Regem inter pulmonem,
& stomachum. Hebr. *Inter juncturas, &*
loricam: qua parte solum intrare poterat,
ac vulnerare. Quis eam direxit? Casus.
O quam falleris! Dicitur casus quoad sa-
gittarium, non quoad Deum. Putastri-
bulationes casu evenire: Deus dirigit. Sa-
gitta Domini in me sunt, Peccatum attrahit
sagittas, &c.

Levavi

Zach. 5. *Levari oculos meos, & ecce volumen volans. Quid in eo conscriptum; & Prophe- ta? Hac est maledictio, quae egreditur super faciem omnis terrae. Sed per aërem volat. Deus scit, ubi scisset. Audi quod ingreditur: Educam illud, dicit Dominus, ad domum furis, &c. Et quid ibi ager hic liber? Com- morabitur in medio domus ejus, & consumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus. Quid est, mi Frater, quod d'è domo tuâ calamitates nunquam discedunt? Cave, ne sit domus furis, quia per aërem volabunt infortuna, domumque tuam ingredientur, &c.*

Osee 4. *Sanguis sanguinem tegit. Hebr. Peccatum peccata unitur. Quid inde? Propter hoc, sub- dit, lugebit terra. Peccatum, peccatum, Fratres, est causa intrinseca ad veritatum, quam pauci cognoscunt. Idem in Amos.*

Amos. 5. *Ponite corda vestra super vias vestras. Semi- nastis multum, & inutilis parum, &c. Est quidam diligens in ferendo, &c. & tamen parum, aut nihil colliget. Unde? Ponite, ponite corda vestra super vias vestras. Vinea plantabitur amantissimas, & non bibetis vi- num earum, quia cognovi multa scelera ves- tra, & fortia peccata vestra. Comedistis, & non estis saturati. Non potest ille vires re- sumere, comedit, &c. nec convalescit. Ponite corda vestra super vias vestras. Per quam viam ambulastis, &c.*

Deut. 29. *Flagellum Dei, Fratres: Disce sequens generatio, & peregrini videntes plagas terra- hujus, ita ut ultra non seratur, nec virens quidpiam germinat, & dicent: Quae est haec ira furoris Domini? quia servierunt Diis alienis, & adoraverunt eos. Idem caelum aeneum, & terra ferrea, &c. mentitur opus olivæ, & arva non afferunt cibum, &c.*

Osee 13. *Perditio tua, Israël, tantummodo in me au- xilium tuum. Chald. Cum vos depravatis opera vestra, & domus Israël, dominantur in vos populi, sed quoties conversi estis ad legem meam, verbum meum, fuit vobis pre- sidio.*

Num. 23. *Non est idolum in Jacob. Hebr. Non est labor in Jacob. Idolum & tribulatio simul.*

Thren. 5. *Plorabat Propheta: Recordare, Domi- ne, quid acciderit vobis, intueri, & respice opprobrium nostrum. Quodnam, & Pro- speranza Scriptura selecta.*

A pheta? En per patres: Hæditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extra- neos. Pupilli facti sumus absque patre, Matres nostra quasi vidua. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio compara- vimus. Cervicibus nostris minabamur, non dabatur requies. Aegypto dedimus ma- num, & Assyrius, ut saturemur pane. Servi dominatio sunt nostri. Pellis nostra, quasi cli- banus, exusta est, &c. Defecit gaudium cor- dis nostri. Cecidit corona capitis nostri. Heu quot, quantaque mala! At quæ tantorum causâ malorum? Subdit: *Va nobis, quia peccavimus, propterea mæsum factum est cor nostrum, idem contonebrati sunt oculi nostri. q. d. inquit Lyræ. Hæc & alia mala ob Lyr. ibid. peccata nostra incurrimus.*

B Idem capite superiori, ubi spiritua- lium quorundam casus, ac arumnas la- mentatus esset. *Quomodo obscuratum est aurum? &c. Rationem, causamque ma- lorum concludit: Completa est iniquitas tua, filia Sion, visitavit iniquitatem tuam, filia Edom, discooperuit peccata tua.*

C Hinc & alius: *Propter iniquitatem vidi teutoria Aethiopia, turbabuntur pelles terra Madian. Nunquid in fluminibus iratus es, Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? q. d. Aliud tendit ira tua, cum mare sævit, eum venti contrarii perflant, cum grando irruit, &c. Quod verò tendit? In Jonam, in Jonam ali- quem, in Judam, propter quos tempesta- tes exurgunt. Peccatum peccavit Ierusa- lem, propterea instabilis facta est. Hebr. Propterea in commotionem facta est.*

D Peccatum, peccatum, Fratres, adver- sitatum est causa. *Nisi timueris nomen ejus gloriosum, & terribile, augetur Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & perseverantes. Ad verbum plagas fortes, certas, stabiles, iuges, veras, infirmitates pesti- mas, & perpetuas, & convertet in te omnes af- flictiones Aegypti, & adhærebunt tibi. O comunitatem! Quid est, quod tribula- tiones tuæ augentur? non diminuuntur, quinimmo crescunt in dies magis? Infirmi- tas perdurat, prioris roboris hasta, cui innitebaris, tibi non restituitur, ut in se- xervo Saûli à David restituta est: quia*

Z *certè*

certe tuorum te adhuc peccatorum non
pœnitet: idcirco ad instar languidi tot ha-
bes annos in ista infirmitate: idcirco filio-
rum, ac nepotum tuorum plagæ sunt for-
tes, certa, stabiles, iuges, & veræ: idcirco
Ægyptiacas hæc tenebras pateris? id-
circo tot mortes vides. Quia scilicet non
habes timorem Domini, quia peccato in-
hæres, & idcirco hæc tibi inhærent.

Iob. 4.
Pagnin.

Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed
curasti iniquitatem meam. Pagnin. est liga-
mine forti pœna prævaricationis mea, & ad-
didisti pœnam pœna.

Psal. 31.
Hieron.
Psal. 105.
Hebr.
In 99. Hebr.

Multa, multa flagella peccatoris. Hieron.
Multi dolores peccatoris. Peccatum, & do-
lor. Servierunt doloribus eorum. D. Hieron.
ad illa Genesis verba: *Maledicta terra
in operibus tuis*, sic etenim legit, & subdit:
Opera hic non turis colendi, ut plerique
putant, sed peccata significant, ut in He-
bræo habetur. Et Aquila non discordat
dicens: *Maledicta humus propter te*. Et
Theodotion. *Maledicta Adama in trans-
gressione tua*. Hoc est, obitum pecca-
tum, ac præcepti transgressionem maledi-
ctionem accepit terra, ut tribulos, ac
spinas producat loco fructuum.

Ierem. 12.
Peccatum
causa sterili-
tatis.

Idem Hieron. huc expendit illa Pro-
pheta verba; *Vsquequid lugabit terra, &
herba omnis regionis sicabitur propter mali-
tiam inhabitantium in ea?* Terra, inquit,
nunc sterilis est, herba siccat: vis no-
strationem? Malitiæ habitatorum eius hoc
faciunt.

Iob. Basil.

D. Basil. hom. 8. in divites avaros, ubi
suorum temporum calamitatem deplora-
rasset: *Aspicite, ait, quæso nunc, quem-
admodum nostrorum pondus peccato-
rum anni, temporumque naturas muta-
verit. An optimus opifex Deus dispensa-
tionis suæ oblitus est? Minime gentium,*
ait Basil. *Sed nostrorum pondus peccato-
rum, anni, temporumque naturas muta-
vit, ut floribus caret, autumnus fructi-
bus, &c. Ob nostra assigimur peccata.*

Ierem. 47.

Idcirco venit super nos tribulatio: pec-
cavimus in fratrem nostrum
(Christum.)

*Cum nos blanditiis abutimur,
Deus flagellis utitur.*

PUNCTUM XLV.

Indulstis genti, Domine, indulstis, nunquid
glorificatus es: Domine, in angustia requisie-
runt te. Veller nos Deus ad se trahere in
funiculis Adam, in vinculis charitatis, sed
quoniam hæc vincula rupimus, in cha-
supplicia existi-
mo, & frege maxillas nostras constringit,
ut ceu indomitos, incorrigibiles, oblit-
matos domet, corrigat, dimoveat, ad se
trahat.

Ille quasi pullum onagri se liberum natum
putat. Cur sor levis explicat vias suas, in
desidero anima sua attraxit ventum amoris
sui, nullus avertet eam. Hoc est, ex vento
subolet onager asinam, quam concupi-
scit, ad quam tanto fertur ardore, ut nullus
eum possit avertere, sic & fœminam nul-
lus avertet. Sed mensurus suis invenient eam.
Hebr. *In mense suo capient eam*. O quot his
onagris perfidiales cursores levissimi,
hunc illic naso, modò hanc, modò illam
suberantes! Quis eos avertat? Sed in
mensurus suis, in mense suo conceptâ jam
iniquitate parituri dolorem inveniuntur,
tunc quislibet spiritalis venator capiet
eos. *Vinctos in medicate. & ferro.*

Si fuerint in catenis, & vinciantur funi-
bus paupertatis, indicabit eis opera eorum, &
scelera eorum, quia violenti fuerint: revelabit
quoque aurem eorum, ut corripiat. & loque-
tur, ut revertantur ab iniquitate. q. d. Prius
nolebant aliquid moniti audire, cave, &c.
nunc audiunt, nunc, &c. *Castigasti
me, & eruditus sum, ut juvenculus indomi-
tus, &c.*

Idcirco, idcirco, Fratres, flagellis uti-
tur, qui potius blanditiis uteretur; sed
quoniam blanditiis abutimur, flagellis
ea dit. *Assumpsi mihi duas virgas, alteram
vocavi funiculum, alteram vocavi decorem.*
Dux gubernandi, agendique cum homi-
nibus

tribus rationes, flagello, & blanditiis. *Et tuli eam, quae vocatur decor, & praecidit eam, seu fregi, aut abieci, aut combussieam.* q.d. Non est, quod utar blanditiis, quibus homines insolescunt, frangamus; comburamusque virgam decoris, funiculis, quibus livoribus, plagisque compleantur, utamur, &c.

A fugiant. *Domine, salvanos.* Justi non merguntur, sed velut arca in diluviis aduersitatum levantur. *Tunc surrexit Iob:* q.d. cum magis excreverent aquae tribulationum, tunc magis caput extulit undis, &c. Justi non merguntur in fluminibus aduersitatum; sed ceu Moyses ab incunabulis in flumen projecti, in fiscella paupertatis, ignominiae, &c. a flumine feruntur, sed non merguntur: Justi sunt *et Moyses, ab aquis educti.* Cum aliquem videtis a flumine tribulationum delatum, dicite: Oportet hunc esse Israelitam, qui non mergitur.

Septuag.

Exod. 1.

Sunt quidam, qui non nisi ferula moventur, nihil boni operis agunt, nisi auxilio tribulationis. Mulieres illae Israeliticae in Aegypto pariebant sine obstetricibus: sic dixerunt illae: *Non sic Aegyptia.* Ita aliqui nesciunt aliquid boni agere, nisi obstetricante tribulatione. Non Aegyptiae, sed Israeliticae non expectant tribulationem, sponte parturiunt, &c.

Exod. 17. *Exodo.*

Bruno in illud Exodi: *Virga versa est in colubrum.* Quid per virgam, inquit, nisi dulcis correctio Domini designatur? Sed haec virga in draconem vertitur, quando leviter correcti, emendare se nolunt.

Jerem. 1. *Theod.*

Huc facit illud Jerem. 1. *Quid tu vides, Jeremia? Virgam vigilansem ego video.* Theodor. legit; *Virgam amygdali.* Dulcis nimirum, ac celeriter florentis, sed ubi haec nequaquam sufficit, quid ultra vides? *Ollam succensam ego video.*

Tribulatio, inquit Apost. *patientiam* ope Rom. 5. *ratur, patientia probationem, probatio vero Erummarum spem, spes autem non confundit.* Sed in malis, inquit Bern. tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, rursus effectus. *perturbatio desperationem, & illa in terri-D. Bern. ep. 32. mit, demergi, &c.*

Quis crederet ab uno, eodemque vento tam diversos nasci effectus? *Ab Aquilone (dicitur illic) pandetur malum, In Job. 1. Ab Aquilone aurum venit.* Mali nimirum ex tribulatione colligunt omne malum. At justis venit aurum optimum majoris charitatis, & amoris Dei, &c. Sancta quaedam, ac admirabili antiperistasi gelidorum ventorum nonnulli magis, ac magis inflantur: aliqui vero mox congelantur, mox frigesunt. Sancto Job efflarunt venti e regione deserti: Ut non frigefactus! Ut aurum optimum ab Aquilone colligit! sed uxor ut frigefacta, ut impatiens? &c.

Infortium est ex tribulatione proficere, malorum vero peiores fieri.

PUNCTUM XLVI.

Math. 8. *Ex arummis* *institi proficiunt.*

Domine, salvanos sperimus. Ex tribulatione, ac tempestate ad Christum accedunt, ad Deum Accaton non con-

Egredie, & optimè Tertull. persimilem scalae Jacob facit tribulationem. *O Tertull. lib. de fuga. Tribulatio per-* quam verum, nonnullos per tribulationes, quasi per gradus, magis, ac magis proficendo ad Deum accedere, nonnullos vero propter suam impatientiam quotidie magis descendere!

Erat ille torus Sacramentis addictus, amabat audire Dei verbum, &c. intrat in lectum, paulatim sensui, ac valetudini indul-

Z 2 indul-

Iob. 33.

Hebr.
Dan. 10.
Septuag.

Iob. 33. 22.

Iosu. 3.

Ricard. de S.
Viç. tract.
de extrem.
mali, & pro-
mot. boni, c.
16. 17.1. Paral. 28.
Hebr.

indulgens intermittit orationem: incipit oblivisci comedere panem suum, & avidè auscultare colloquia vana: relinquit temperantiam, pascit sensus, & qui paulò antè pervenerat ad altiores scalæ gradus, nò solum ad infimum, sed etiam ad portas quasi Inferni descendit. *Increpat per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit: hoc est, permittit, ut ex ægritudine paulatim vim illam spiritus suæ culpæ deperdat. Ossa marcescunt, rùm virtutes deficiunt. Abominabilis ei fit in vita sua panis. Famem habebat Sacramentorum, aded ut Sacramentum diceretur cibus desiderabilis: Hebr. Cibus desiderij, ut Dan. 10. Panem desiderabilem non comedi. Sept. Panem desideriorum non comedi, & c. Paulatim incipit dissuescere, & c. surgit è lecto sine ullo devotionis sensu: cibus, qui erat olim desiderabilis, & desiderij, quinimò omnium desideriorum suorum, fit ei abominabilis, & c. Non amplius Deum orat, & c. ex infirmitate. Appropinquavit corruptioni, & anima eius mortiferis.*

O quam his quadrat, quod in hujus rei figuram dicitur illi in transitu Jordanis contigisse! *Aqua nimirum partis superioris intumuerunt instar montis usque ad Sarchan, quæ autem inferiores orant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, usquequò omnino deficerent.* Ricard. de S. Viç. Sarchan, inquit, interpretatur tribulatio eorum; tribulatio autem eorum, quid aliud est, quam tribulatio tribulatum? tribulatio autem voluntaria cuique est sua: quam enim quisque patienter, seu etiam libenter suscipit, suam esse facit; quia eam suæ utilitati deservire cogit, hæc tribulatio imputatur ad meritum, quia usque ad Sarchan pervenit. Sed aquæ, quæ inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt, Quæ in mare descendunt, citò amarescunt. Tribulationes in mare mortuum defluere, est per impatientiam omne meritum amittere.

Tribulationes communes sunt bonis, & malis. Mali in tribulationibus patientiâ amittunt, & ut fugiant pœnas, labuntur in culpas. Sic infelix Rex ille Achaz, in tempora angustia sua auxit contemptum in

A Dominum, & immolavit Diis Damasci. Damascus tacitum osculum, aut poculum: his immolant, & c. At iusti tempore tribulationum persistunt in timore, & amore Dei: *Etiam si occiderit me, in ipsum sperabo, ac perdurabo, quantum ipsi placet, unum, tres, decem, quindecim annos in plagis.* Tot inquit Theod. Studita, perduravit Job, quin usque ad mortem perdurasset.

De filiis Israël, & Ægyptiis ait Salomon: *Cum tentati sunt (filii Israël) disciplinâ accipientes (proprium iustorum) scierunt, quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti.* Bonau. hoc est, ad majorè profectû, vel ad proficiendum in melius probatos reddidisti. *Illos autè (Ægyptios) tanquam durus Rex (per affectum, scilicet punitionis, qui in natura tua benignus es) interrogans (pœnis, & quæstionibus tormentorum sicut latrones, & malefactores) condemnasti (quia per flagella non sunt emendati, sed deteriorati) duplex enim illos acceperat tadium, & gemitus cum memoria præteritorum, & c. Sic, sic impatientes, & rabidi quidam in infirmitatibus, in doloribus, & c.*

Non sic iusti. Abraham, & alij, qui in tentationibus, & tribulationibus fideles dicuntur inventi. Quid hoc sibi vult? Nihil aliud, quam quod Deo pro-mercede, & quæsto non serviebant, sed Deo pro Deo: *Fideles inventi sunt, & c. patientes, constantes: his enim tribulationes, & angustie detrimento non erant, sed augmento.* De Jacob Sapiens: *Honestavit illum in laboribus.* Hebr. *Locupletavit eum in arumnis.* Tribulatio alios ditat, alios depauperat. Tempore sanitatis thesaurizaverat ille plures actus charitatis, obedientiæ, humilitatis, & c. supervenit infirmitas, amittit omnia, & c.

Dicebat anima illa: *Manè Dominus erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum (Musicæ, qui dissonantem vellicat aurib⁹) ego autem non contradico (consonantiæ, & tenori legum ipsius) retrorsum non abii, (desciscens quotidie) sed quæro proficere, & c. sunt quadam Tribulationes, Fratres mei, sunt tractas quasi vellitiones aurium, ne dissonos mores, aut voces tiones aurium proferamus: quod ingens beneficium vel*

vel ab incunabilis ferè Deus aliquibus confert, qui mox natiulois tribulationū, aduersitatūque complexibus videntur excepti. Erigit manè, manè erigit mihi aurè. q. d. mox diuinus Magister, ac natus fui, meas cepit aares pertrahere. Ego autem non contradico, patiens tolero, retrorsum abij, aufugiens. Hoc intendit Deus, sed aliqui contradicunt, retrorsum abeunt, &c.

O quàm malum ex tribulatione non proficere! *A*sa nec in infirmitate sua qua s'ruit Dominum. q. d. Ideo immissa est hæc infirmitas, ut Deum quaereret, ut se se ad Deū converteret, sed nec in infirmitate tua Deum quaerit, &c.

Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem.

Argentum & probum vocate eos, quia Dominus proiecit eos.

Percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.

Supra quo percutiati vos ultra addentes prauaricationem? Hebr. Ad quid percutiati vos ultra?

Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.

Indurabo cor Pharaonis. Ubi August. Indurati non perficitur à Dei potentia compellente, sed Dei indulgentia generatur. hoc est, cessatione flagelli, indulgendo non tribulando, &c. ad quamlibet etenim plagam se aliquantulum excitabat, at mollebat, sed quoniam non profecit, Deus à flagello cessauit. Sic Pharaos obduruit.

O quàm cavendum est, ne duriores fiamus. Si contuderis stultum in pila, non aufere tur ab ea stultitia ejus. Non frangitur, sed magis duratur, & deterior fit, &c.

Ideò cessat plerunque Deus à plagis, & à flagellis, ne deteriores evadamus. Super quo percutiati vos ultra addentes prauaricationem? Omne caput languidum, &c.

Unde Sept. Quid ultra percutiemini addentes iniquitatem? Omne caput in laborem, &

A omne cor in tristitiam. A pedibus usque ad caput non est in eo sanitas, vulnus, irror, plaga tumens, non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas, Chald. Et facti sunt retrorsum, non animadverterunt dicentes: Propter quid percussi sumus? Adhuc addunt peccare, nec dicunt: Quare omne caput languidum, & omne cor mærens? Non est, qui perfectus sit in timore mei, omnes sunt contumaces, & rebelles, coinquinati sunt in peccatis suis, sicut plaga ulcerosa, non dimittunt superbias, nec desiderant agere penitentiam. q. d. Flagella non profunt.

Ideò, Fratres, cessat à flagello, quod est majus flagellum, tunc enim magis tribulatur, cum non tribulatur. Ut mitiget ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea. In pœnam etenim peccatoris minuit Deus tribulationes, unde sibi foveam faciat, in quam miserimè suâ culpâ, & voluntate cadat.

Auferetur zelus meus à te, & quiescam, ne irascar amplius. Augustinus. Vis nosse, nulla pœna, quanta sit pœna: Davidem interroga, qui ait: Irritavit Dominum peccator. Quare? Quid vidisti? Vidi peccatorem impudè luxuriantem, & exclamavi: Irritavit Dominum peccator. Quare hoc dixisti? Vide quid sequitur: Secundum magnitudinem ira sua non quart. Ideò nempe non exquirat, quia multum irascitur: parcendo cædit, sed justè cædit, &c.

Signum reprobationis est reprobare tribulationes. Proverb. 3. Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias. Aquila, Ne reprobes disciplinam, seu correptionem Domini. Ubi Salaz. Ne te ostendas reprobum reprobando tribulationes.

Chald.

Ira Dei gravissima non irascit Psal. 93.

Ezech. 18. D. Aug. ser. 38. de verb. Dom.

Erummyas reprobata reprobationis signum.

Prov. 3. Aquila. Salaz. ibid.

2 3 Quam

Quàm sit bonum tribulationes pati, & gloriosum adversa aquanimiter ferre.

PUNCTUM XLVII.

Iacob. 1.
Oecum. &
Vatab.
D. Thom. &
Alij.
Ærummas patienter ferre, gloriosum.

OMne gaudium existimate, Fratres mei, cum in tentationis varias incidetis. Nomine tentationum omne genus calamitatum intelligit Apost. Oecumenius, & Vatabl. legunt: Pro summo gaudio existimate. D. Thom. & alij: Perfectum gaudium existimate.

Cant. 1.
D. Bern. ser. 71.
in Cant.

Ut id bene Sponsa existimabat! Trahe me post te, per Crucem scilicet, ac labores. Ubi Bern. Quàm pauci post te. ô Domine Jesu, ire volunt, cum ad te pervenire, nemo sit, qui nolit, hoc scientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua usque in finem? Propterea volunt omnes te suum, at non ita imitari: conregnare cupiunt, sed non compati.

Ex omne bono.

Ex tribulatione est omne bonum. Faciem Dei exquirens Moyses, audivit: Ostendam tibi omne bonum, &c. Posteriora mea videbitis. q. d. cum scapulas tibi vertero, quod est, cum te tribulavero, ostendam tibi omne bonum. Posteriora mea videbitis, scapulas scilicet, supra quas fabricaverunt peccatores, vel araverunt arantes, flagellorū, virgarumq; vomere, & in occipite quoddam ligaturas, ut ait ex Hebræis Mag. hilt. schol. q. diceret: Omne bonum, ô Moyses, in passione.

Psal. 16.
Alij.

Hinc David: Satiabor, cum apparuerit gloria tua; vel ut alij: Cum afflictus fuero ad similitudinem tuam.

Num. 29.

In Numeris: Decima dies mensis septimi erit vobis sancta, atque venerabilis, & affligetis animas vestras. Ubi pro eo, quod nos legimus: Erit vobis dies venerabilis. Orig. legit: Erit vobis dies propitiationis; quasi Deus nihilo magis nobis propitietur, quàm cum nos in afflictionibus constitutos videt. Ubi idem Origen Omira festivitas! dies festus animæ, afflictio appellatur.

Orig. hom. 29. in Num. Anima dies festi, qui araverunt.

A Quæ bona ex tribulatione proveniant, ostendit locus Sap. Honestavit illum in laboribus. Græc. Locupletavit eum in arumnis, vel per arumnas. Hinc Guericus: Poterit, inquit, invidus ille tentator lævire, sed hoc erit servire (ut major Esaü servivit minori Jacob, de quo loquitur Sapiens) poterit urere, tundere, dissecare, sed hoc erit coronas fabricare. Et Eusebius Emif. hom. de S. Steph. cum ponderat oratione ejus pro lapidantibus: Nec mirum, ait, si

B cis nescit irasci, per quos sibi videt aulam regni caelestis aperiri, per quos æternis sacculis se intelligit consecrari. Tantum abest, ut in tormentis tristetur, ut pro tormentibus deprecetur: & si addere licet, ut pro tormentis deprecetur, dum scilicet orat, ne de tormentibus Deus vindictam sumat. Ut Apost. ille faciebat, qui virtutem sanctæ Crucis agnovit.

C Moyse quondam in deserto aquas dulcaturus Ostendit Dominus lignum. Alij: Et docuit eum lignum, hoc est quandam virtutem ligni. O nos beatos, si sanctæ Crucis virtutem agnosceremus! ô nos felices, si Dominicæ Passionis virtutem intelligeremus! &c.

Ut bene Joseph agnovit, qui propterea fratres suos honorifico excepit convivio, ut inquit Philo, quasi eo velle solvere beneficium persecutionis, ejectionis in ci-

D sternam, venditionis in Ægyptum. Huc facit locus Jeremiæ mysticè relatus à Matth. de corde Innocentium: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt, supple, in tali amissione necessariæ consolationes. Sic Emiffenus. Ubi enim læticia vincit lacrymas, gaudium mœtorem, gloria passionem, tibi consolatio necessaria non est.

E Et Chryf. Duo hic diversa conspicio, & quodd flet, & quodd consolari contemnit. si enim flevit, cur consolari contempsit, aut si noluit consolari, cur flevit? Et respondet: Conditio à matre desertur, sed spe gloriæ consolatio humana contemnitur, plangit affectus, sed fides exultat.

Sed D. Hieron. movet dubium: Quid Rachel inducitur plorans, & non potius Lia,

Rachel fleuit,
quia digna
fletu passã non
est.

Lia, cujus filij, nempe de Tribu Juda fuerunt, innocentes? Responderi potest, quodd ex felicitate sororis, infelicitatem suam miserè deplorabat? quasi lamentaretur, filios suos non fuisse occisos, ut sorori contingebat, intelligens quàm gloriosum sit, velin cæde filiorum tentari.

Job. 6.
Alij.
Iob quantum
latus aru-
mis.

Job: Et hac mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcas. Alij: Tunc esset adhuc mihi consolatio, & obsecrarem in dolore meo, ut non parceret. Alij: Et calefaciam me in dolore, & subsilium præ laetitia, si interfecerit me Deus, & non pepererit. Nec contradicam sermonibus Sancti. Hebr. Et Deo non resistam precibus, ut plerique faciunt.

Hebr.

D. Ambr.
Genes. 43.
Erinnas et-
iam à morte
pati optarunt
Sancti.

Hinc Sancti non solum vivi, sed & vitâ functi, si dici potest, pati voluerunt. Quærit Ambr. cur Joseph transferri voluit vel post mortem, &c. Ne vel mortuus, inquit, requiesceret, quasi tot labores, quot in vita pertulit, ei pauci viderentur, alios & mortuus, ut potuit, pati voluit. &c.

Act. 6.

O quanti fecit & Apostolus ipsum pati! Tanti certè, ut passioni omnia postposuerit. Opto, inquit ad Regem Agrippam, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie, fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his. q. d. Hæc supra Apostolatam æstimo: te, & omnes vellem Apostolos; hæc catenæ meæ sint.

Chrysostr.
3. de pat. Iob.

Chrysostr. sed audiamus ipsum in hoc ipso gloriantem, & dicentem: Obsecro igitur vos vincit in Domino, nam magna dignitas, & multa, regno, & consulari, universisque major, pro Christo ligari, Nihil enim tam clarum est, quàm pro Christo vincitum esse, ita ut catenæ circumdatæ sanctis illis manibus, apostolatu, & doctoratu multè sint illustriores, majorique veneratione dignæ. Si quis amat Christum, novit, quod dicitur: si quis insanit, atque adurituri Domini amore, vincit potentiam vinculorum: eligeret fortasè vincitum esse pro Christo magis, quàm cælos inhabitare. Nam fortè vel in dexteris ejus sedere hoc clarius, hocque clarius, quàm semper duodecim sedes sedere. Si quis me cælo condonet

Ephes. 4.

S. Paulus pati
pro Deo glorio-
sissimum pu-
tavit.

Quare Chryl. ipsum pati, tribulationemque ipsam quodammodò præfert gloriæ. Videtur excessus. Et quid aliud egit Salvator noster, dum gloriam suo corpori debitam ab instanti conceptionis negavit. Nonne pati prætulit ipsi gloriæ? Gloria cælestis, quâ anima illustratur, in corpore illi conjunctum connaturali quadâ ratione diffunditur, ut ajunt D. Damasc. D. August. & D. Thom. Miraculo itaque eam gloriam à corpore suo Christus prohibuit, ut pati posset. Passionem, suam gloriam existimabat. Vidimus Iesum propter passionem mortis gloriâ, & honore coronatum.

A emai, vel eâ quâ Pauli manus vinciebatur, catenâ, illam ego honore præponerem. Si quis me cum illis faciat Potestatibus, quæ circa Dei thronum sunt, aut vincitum talem, talem eligerem potius etiam vincitum. Etenim nihil melius, quàm mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos suscitare dederit nunc, non jam id, sed catenam eligerem. Vellem nunc locis in illis versari, quibus vincula illa manent, & catenas videre, quas timuerant quidem Dæmones, & horrent, & Angeli venerantur. Si ecclesiasticis curis essem vacuus, corpusque robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam facere recusarem, quod catenas solum viderem, & carcerem, quod Paulus vincitum. O beata vincula! ô beatas manus, quas ornavit catena illa Paulo circumdata! Non tam pretiosæ erant manus, quæ claudum in Lystis erexerunt, quàm vinculis circumdatæ. Si per illa tempora ipse fuisset, tunc potissimum fovisset eas, & ante meas oculorum pupillas ponens, nusquam desissem deosculari manus dignas effectas pro Domino meo vinciri. Non eum sic dico beatum, quodd tertium Usque ad cælum, & in Paradisum raptus est, quemadmodum, quodd in vincula sit coniectus. Non eum sic beatum dico, quodd audiverit arcana verba, quemadmodum quodd vincula sustinuerit. Etenim hæc illis longè majora Eligibilius nanque mihi est mala pati pro Christo, quàm honorari pro Christo.

Vinculorum
Pauli magni-
fæa depradi-
catio.

Quare Chryl. ipsum pati, tribulationemque ipsam quodammodò præfert gloriæ. Videtur excessus. Et quid aliud egit Salvator noster, dum gloriam suo corpori debitam ab instanti conceptionis negavit. Nonne pati prætulit ipsi gloriæ? Gloria cælestis, quâ anima illustratur, in corpore illi conjunctum connaturali quadâ ratione diffunditur, ut ajunt D. Damasc. D. August. & D. Thom. Miraculo itaque eam gloriam à corpore suo Christus prohibuit, ut pati posset. Passionem, suam gloriam existimabat. Vidimus Iesum propter passionem mortis gloriâ, & honore coronatum.

2. Cor. 12.

Ibidem.

D. Thom. 1.

p. 9. 4. 5. ar. 2.

Hebr. 2.

Quid

Quid? pati dicitur gloria, dicitur honor? Ita planè. Sic Chryl. Theophyl. & Oecumenius.

Mar. 10. Syriac. Christi ad passionem euntis hilaritas, & alacritas. Gloss. Interlin. Ioan. 17. Chryl. hom. 5. de pat. Iob.
Hinc facies eius, jam hymno dicto, aut Syriac. hymno cantato, præ gaudio erat euntis in Ierusalem, & tam celsi gressu properabat, ut ipsos præcederet discipulos. Et præcedebat discipulos suos, & stupebant. Imperterritus præibat, inquit Gloss. Interlin. aded ut discipuli mirarentur.

Hinc prope mortem dicebat: Clarificabo me, Pater, &c. Quid ais? Miratur Chryl. Ad Crucem rapere cum praedonibus, & sacrilegis, ut execratorum hominum mortem luas, sputis pollendus, & alapis pulsandus, & hæc gloriam appellas? Multo magis ego ista gloriam putare debeo.

Hec! Fratres, Christus tam passionis amicus, nos tam inimici! Christus à conceptionis instanti gloriam corpori debitam exiit, nos nec ad momentum voluntatibus privari volumus! O eximium in nos Christi amorem! Mirantur Sancti Regem David vestes regias exuisse, & ante Arcam saltasse. Quid verò est, vestem gloriae tanto tempore deposuisse? Nihil omnino, Fratres, consolationis Christus Dominus in inferiori portione admisit: à primo instanti, ut dixi, sibi Crucem proposuit, quotidieque sic dixerim, agonizavit. In laboribus à iuventute meâ. D. Bonau. id est, toto tempore vitæ meæ.

Quam hinc nobis obligatio patienti! Mirum quàm ægrè patiamur. Christus, iterum dico, gloriam corpori debitam mox retraxit: nos semper consolationes opramus. Christus in transfigurationis gloriâ meminit passionis: Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. ut hoc pacto, quasi felle, ac amaritie passionis, vel per brevem illam gloriæ dulcedinem condiret: nos passiones ipsas semper, quibus possumus delectationibus vel dulcorare, vel minuere studemus. Christus ut doctem gloriæ corpori imperitaret, montem quasi difficili gressu conscendit, sed ut pateretur, ut diximus, celerimo gressu properavit: nos, ubi aliquid pati oportet, vix pedem efferimus, ad gaudia currimus. Ad jejunia, ad vigilias, ad carnis mortificationes ut pigri su-

amus! ad voluptates autem ut celeres invenimur!

Duxit eos in montem excelsum, & in eo gloriam ostendit. Poterat in convalescente, aut in planitie transfigurari, sed ut patienti necessitatem ostenderet, per ascensum montis, in montis cacumine transfiguratus est: nos gloriam vellemus in planitie, nullòque labore consequi.

Dixit Apostolus nos esse Dei filios, & subdit: Quid si filii, & hæredes, &c. Sed audite: Sitamen compatimur. Apponit conditionem sine qua non datur adire hæreditatem.

Hi omnes qui sunt, & unde venerunt? De tribulatione magnâ. Væ nobis non venientibus nec de patrà.

Patientia, patientia, Fratres mei, opus perfectum habet, id est, ostendit perfectionem virtutis.

Venerunt in Marath, ibi constitit ei præcepta, & ibi tentavit eum. Ubi Philo: Est certissimum, inquit, experimentum animæ in labore, atque amaritudine. Hinc Apost.

Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Ubi duo notanda, patientiam prædentiissimum poni signis, evidentiùsque signum apostolatus esse: quasi innuat, nullum evidentiùs Christi signum.

Christiani signum dari, quàm pati. Hinc S. Teref. illa: Aut moriendum, aut patientium. Tertul. l. de

In hunc sensum Tertull. illud dictum fugaciter: Cum vos persecuti fuerint in civitate istâ, fugite in aliam; denuò scilicet persequendi, donec moriamini: q. d. Non præcipit, ut persecutiones fugiantur, sed ut potius ad persecutiones confugiantur, & quarenda ubique occasiones patienti quærantur, donec vita finiatur, Aut patientium, aut moriendum.

O quàm id noverat, optimèque sentiebat illa in Spec. exemplorum! Quædam pulchra facie, sed pulchrior fide, devota Deo, pia pauperibus, & elemosynis assueta, cum à piissimo Patre Deo tanquàm filia charissima percussa fuisset subito plaga lepræ, & tota facie deformata; plangentibus omnibus, qui videbant eam, ipsa sola gaudebat, gratias agens Deo. Visitans autem eam quidam Episcopus, & videns eam sic horribiliter detortam

Spec. exemp. dist. 9. exem. 92.

ram, quæ tam speciosa fuerat, & tã sancta dicebatur ab omnibus, flere cœpit, & Dei iudiciũ admirari. Illa verò ridens, interrogavit eũ, quare fletet? Respondit, quòd ex compassione non poterat à lacrymis abstinere. Inquirenti verò Episcopo, quare ipsa risisset. Respondit: Domine, si quis detineretur in carcere tali pacto, quòd nunquàm exiret, donec muri funditus corruisent, si videret muros paulatim corrucere pro sua liberatione, gauderet: unde cum anima teneatur in corporis carcere, gaudere debet, quando videt corpus suum deficere, & ad finem suum tendere, proculdubio sciens exitus sui tempus propinquare, ut ad sui Redemptoris aspectum libera revertatur.

Quid gloriam præcedit passio, quòdque per multas tribulationes oportet introire in Regnum Dei.

PUNCTUM XLVIII.

Luc 24.
Tertul. de coron. mil. c. 14.
Christus favos post sella gustavit.
1. Pet. 1.
2. Tim. 2.
Rupert. ibid.
Ius legale calvarium quod?
Apo. 1.

Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Tu sine passione in gloriam non tuam? Christus, inquit Tertul. favos post sella gustavit (hoc est, post resurrectionem) nec antea Rex gloriæ à cœlestibus salutatus est, quàm Rex Iudæorum proscriptus in Crucem, minoratus primùm à Patre modicum, quid infra Angelos, & ita gloria, & honore coronatus. Hoc innuit Petrus appellans Christi glorias posteriores? Pronunciatis eas, qua in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. Glossa: id est, præcedentibus tribulationibus comparatas. Si sustinebimus, inquit Apostolus & conregnabimus. Ubi Rupert. hoc ius legale est apud cœlestem Regem, ut primùm adversa tolerentur, deinde regna cœlestia conferantur. Ego Ioannes (dilectus tamen) particeps in tribu-

A latione, & regno. Sed primùm in tribulatione, postea, in regno. Huc facit, quod observat Tertull. Jacob manibus in Crucem compositis, benedixisse duos illos filios Joseph: unde elicit, per Crucem æternam benedictionem comparari. Sic per Crucem inquirunt fieri visionem Philosophi: & per Crucem asserunt fieri visionem Theologi. Platea templi erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & cœnaculum templi a se ferebat per gyrum. Ut detur intelligi, in cælum non posse conscendi nisi per cochleas, gyròsque ad vestitatum.

B Hinc filius Zebedæi sub sellis poscentibus sic rigidè, Petro autem idem met postulanti sic benignè responder Christus. Quare? Quia Petrus post sequelam per Crucis, ac Passionis imitationem, quid de se, sociisque futurum esset, interrogat: illi ante calicem, solo cognationis, ac sanguinis titulo, sedes requirunt. Nescitis, quid peratis.

C Ascendit Elias per turbinem in cælum, tu stantibus Zephyris, auræque suavi in lectica velles ascendere? Erat currus Eliæ, sed currus igneus. Per curram Crucis Christus ascendit in cælum, & in cælum ascendens manum porrigit, dicens: Si meus es, adijunge te curru. Ascende. Ubi notandum, nunquàm alias si rectè recordor, Paradisi mentionem fecisse, nisi in Cruce. Tunc hac voce usus est, cum in Cruce penderet: Mecum eris in Paradiso; quasi diceret: Video te in eodem curru, securus ascendes, &c. Hinc ubi nos legimus: Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt; Hebræus apud Cajet. legit: Tribulationis cor meum dilatare (vel juxta alios, sursum ferri) fecerunt. Evellunt etenim tribulationes cor nostrum à terrenis affectibus, & sursum impellunt. Ita, ita est, Fratres mei: per tribulationes in cælum ascendimus.

D Ecce ascendimus Ierosolymam. Per quam viam, Domine? Per Crucem, & mortem. Et Filius hominis tradetur ad illudendum, &c. Mirum inquit Marcus: Et ipsi horum nihil intellexerunt. Verè: per pauci etenim sunt, qui intelligant, viam spinis tribulisque tribulationum consistam, esse viam, per quam ascendamus Ierosolymam cœlestem.

Tertull.
Jacob cancellatus manibus benedixit filiis Joseph. Cur?

Ezech. 47.

Math. 20.

4. Reg. 2.

Elias cur per turbinem in cælum raptus.

Christus paradisi non nisi in cruce mentionem fecit.

4. Reg. 10.

Christus paradisi non nisi in cruce mentionem fecit.

Psal. 24.

Hebr.

Alij.

Tribulationis curru sursum vehitur animæ.

Matth. 10.



stem, sed putamus, viam floridam esse viam cali, &c. Fallimur, fallimur, Fratres. Recta in calum est via aduersitatum.

Sap. 10.
Cali v. a. recta
qua?

Inquit Sapiens, Dominum deducere Iustitiam per vine rectas, & ostendere illi regnum Dei. Via recta, est via aduersitatum. Recta dicitur, cuius medium correspondet extremis, alioquin est via curva, & obliqua. Jam extrema vitæ hominis sunt lacrymæ, quibus eum nascitur ac moritur: si interim risui vacas, via recta non est. Extrema sunt nuditas, ac paupertas: si interea bene iadurus, sumptuosè indutus incedis, jam via recta non est. Nudus

Tob. 2.
Tob via recta
ibat in calum.

egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Hunc deducit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: honestat illum in laboribus, & complet labores illius. Ubi notandum ad litteram, verba hic fieri de Jacob, cui tunc ostensum est regnum Dei, cum scala illa tam mystica ostensa est, cui Deus innixus, aut juxta D. Diodorum in Catena Græca, Angelus Deum referens, idem, qui cum illo luctatus est, quasi ei diceret Angelus: Quid Dormiens, quietus, sine labore scandere cogitas? Falleris, luctandum est, sudandum est. Sic paulò post manus conseruerunt, luctatique sunt per rotam noctem usque ad auroram. Tunc honestavit eum in laboribus, tunc benedicens complexit labores illius, sensitque salutis negotium nos esse in somno, sed in vigilia, non in requie, sed in labore, non in voluptatibus, sed in aduersitatibus, &c. Non potest haberi Crucifixus sine Cruce, dicebat ille.

Gen. 28.

Diodor. in Car.

Jacobi via in
calum recta
ostensa.

Non coronabitur, Fratres, nisi qui legitime certaverit. Delectet igitur mentem, ut hic monet Gregorius, magnitudo præmiorum, sed non detur certamen laborum. Corona gloriæ dicta est corona iustitiæ: Reposita est mihi corona iustitiæ. Non coronam solum favorum, & gratiarum vellemus? Cali porta dicta sunt portæ iustitiæ: Aperiite mihi portas iustitiæ. Nobis solummodò favorum portas recludi postulamus? Non certè, non. Aperiite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. Hac porta Domini, iusti intrabunt per eam.

Psal. 83.

Psalmus 83. Quam dilecta tabernacula tua, Domino virtutum; habet in fronte: Protorcularibus.

Hebr. 12.

Si filii, & hæredes. Verissimum: Sed flagellat omnem filium, quem recipit.

Psal. 66.

Hieron.

1. velix.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui jurat proximo suo, & non decipit. Hieron. Qui jurat, ut se affligat, & non mutat. Felix: Qui iuravit affligere, vel ut contereret, aut humiliaret, (supple, seipsum, vel corpus suum) & non

A mutabit (propositum, votum, aut iuramentum.) Sic Titeelm.

Titelm.

Petrus: Domino bonum est nos hic esse. Matth. 17. Antequam patiaris? Adhuc eloquente, Petrus gloriatur: ecce nubes lucida obumbravit eos, quasi diceret: Gloriam, ô Petre, præcedit passio, male petebat, & propterea illi dicebant excessum ejus, Luc. 9. quem completurus erat in Ierusalem: Et dum Petrus ante passionem gloriam postulabat, nesciebat quid diceret.

B Sponsa quondam ad dilectum: Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Quod hujusmodi laudes, ô Sponsa? Ut divinis ejus fruatur amplexibus. Lectulus noster, subdit statim, floridus. At ille: Ego flos campi, & lilium convallium. Certè ad rem: Illam monstrante lectulum (veluti acutè etiam pensavit Bernardus) ille vocat ad campum. Quò ergo Sponsus tendebat? Idem Bernardus. Ad exercitium provocabat.

Cant. 1.

Non coronabitur, Fratres, nisi qui legitime certaverit. Delectet igitur mentem, ut hic monet Gregorius, magnitudo præmiorum, sed non detur certamen laborum. Corona gloriæ dicta est corona iustitiæ: Reposita est mihi corona iustitiæ. Non coronam solum favorum, & gratiarum vellemus?

Bern. ser. 47.

in Cant.

Provocabat.

Non coronabitur, Fratres, nisi qui legitime certaverit. Delectet igitur mentem, ut hic monet Gregorius, magnitudo præmiorum, sed non detur certamen laborum. Corona gloriæ dicta est corona iustitiæ: Reposita est mihi corona iustitiæ. Non coronam solum favorum, & gratiarum vellemus?

2. Tim. 4.

stitia. Non coronam solum favorum, & gratiarum vellemus?

Cali porta dicta sunt portæ iustitiæ: Aperiite mihi portas iustitiæ. Nobis solummodò favorum portas recludi postulamus? Non certè, non. Aperiite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. Hac porta Domini, iusti intrabunt per eam.

Psal. 123.

Aperiite mihi portas iustitiæ. Nobis solummodò favorum portas recludi postulamus? Non certè, non. Aperiite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. Hac porta Domini, iusti intrabunt per eam.

Calorum foris

cur porta iustitiæ

dicta.

ingressus in eas confitebor Domino.

Hac porta Domini, iusti intrabunt per eam.

eam.

E Labores in requiem, tristitia in gaudium, tribulatio in gloriam convertuntur.

PUNCTUM XLIX.

ERat navis in medio mari: navicula jactabatur fluctibus: Discipuli, ne mergerentur, laborabant. Ipse vero dormiebat.

Matth. 8.

Gloria tran-

quillitas sequi-

tur tempesta-

tis asium-

bat.

Orig.

bat. Heu, Domine, tempestatem non sentis? Utrique, inquit Origenes, ipse eam excitaverat tempestatem, sed ipse met etiam etiam dormit, vigilat, cum tempus est, surgit, imperat ventis, & mari, & sic tranquillitas magna. Post tempestatem adversitatum, lætitiæ tranquillum facis, post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis.

Tab. 3.

Ion. 2.

Tempestatem tandem in tranquillitatem vertuntur. Tempesta illa magna Jonæ: Navis periclitabatur conteri, &c. tandem, & stetit mare. Tempesta illa, bestia illa, videbatur ruina, & facta est cariaa.

Act. 27.

Erat Apostolus cum aliis ducentis septuaginta sex in mari, ubi tam immanis tempesta exorta est, ut neque Sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, jam ablutata esset spes omnis salutis eorum. Tandem omnes salvi facti sunt meritis Pauli, &c. O quot tempestatem! o quot venti è regione diserti! quibus tandem surgens Dominus imperat: Tacete, obmutescite, & fit tranquillitas magna, &c. Sic post hujus vitæ tempestatem, post labores, post lacrymas, tranquillitas, quies, gaudium succedit.

1. Reg. 1. Septuag. Hebr.

Annæ illius, Phenennæ adversariæ, post tot effusas lacrymas, Vultus non sinit amplius in diversa mutari. Septuag. Vultus ejus non concidit amplius. Hebr. Et facies ejus non fuit ei amplius; hoc est, nunquam postea faciem tristem habuit, quod alij vertunt: Non fuit amplius mœstia. Arrha alterius vitæ, in qua absterget Deus omnem lacrymam suis ipse manibus. O charæ lacrymæ! Plorate, plorate nunc; Animæ: veniet dies, cum lacrymæ omnes abstergentur, non ab Angelis, sed à Creatore Angelorum. Absterget Deus omnem lacrymam, omnem vel minimam, quam quis pro ejus amore effuderit: Omnem, unde quaque natam sive occasione charorum, sive ob acceptas injurias, sive ob inopiam, &c. Omnem, quia mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, &c.

Lacrymæ in gemmas vertuntur.

Apo. ibid.

Lacrymæ omnes in gemmas, & uniones convertuntur. Hæ sunt calculi can-

A diti ex D. Hieronymo, candidissimi videlicet uniones in præmium lacrymarum. Hoc innuit appatens filiis Israël in deserto Deus, Habens sub pedibus quasi opus lapidis sapphirini. Hebr. Quasi opus lateris sapphirini. Quasi diceret: Lateres illi tot laboribus, ac lacrymis confecti in sapphiros sunt conversi, &c.

Exod. 24. Hebr.

Huc facit facies illa bovis in Cherubim faciem conversa. Videas modò sub jugo divinæ legis animam laborantem: videas in Dei servitio sudantem, macie confectam, pallentem. Citò hanc faciem videbitis in faciem Cherubim conversam.

Ezech. 10.

Tristitia vestra vertatur in gaudium. Daresceram mœrentibus, & vinum (divinarum consolationum) his, qui amaro sunt animo, non his, qui modò latantur. Bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Et quæ? O divinam metamorphosim! tribulationes in gaudia, tristitia in lætitiæ, paupertatis mendicitas in copiam transiit.

Prov. 31.

Luc. 24.

Mortuus est Lazarus, & factum est, ut portaretur ab Angelis. Ponderat Chryso- stomus: Mortuus pauper, inquit, portatur in humeris Angelorum, ne saltem ambulans laboraret. Portabatur post rantos labores, & portabatur ab Angelis, Non suffecerat ad portandum pauperem, unus Angelus: plures veniunt, ut chororum lætitiæ faciant, & gaudeat unusquisque tantum onus tangere, & perducere hominem ad regna cælorum. Et alibi: Vidisti eum ad portam divitis pauperem, & mendicum? Nunc oculos eleva, & vide eum felicem in sinu Abrahæ. Vidisti eum miserè circumseptum canibus ulcera ejus liquentibus? Vide nunc eum choris Angelorum circumdaturum. Vidisti in miseria? Conspice in deliciis. Ut mutatae sunt vices! ut peractâ jam scenâ in suo quisque habitu remansit! Dives, qui dives non erat, in suâ paupertate: pauper, qui pauper non erat, in suis divitiis.

D. Chryso- stom. s. var. in Luc.

Conc. 2. de Lazar.



Psalmodum,
quorum titu-
lus, in finem,
initio luctuosa
clausula lata.
Psal. 4.

Psal. 5.

Psal. 6.

Psal. 50.

D. August. ad
illud Apost.
Non sunt con-
digna.

Nescio, an unquam observatum sit, A
ferè Psalmodos omnes, quibus in fronte ti-
tulus est: *In finem*, à tristitia incipere, sed
in lætitiā terminari. Psalmus, qui hoc
titulo prænotatur, ut tristis initio! Cùm
invocarem, &c. In tribulatione dilatasti mi-
hi, &c. sed finem attende: *In pace in idipsum*
dormiam, & requiescam, quoniam tu, Domi-
ne, singulariter in spe constituisti me. Sequen-
tis Psalmi titulus: *In finem.* Tristitiam
audi: *Verba mea auribus percipe, Domine, in-*
tellige clamorem meum. Finem audi: *Et*
gloriantur in te omnes, quia diligunt nomen
tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine,
ut secundo bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Sic
alius: *In finem, in carminibus, Psalmus Da-*
vid pro octava. Sic, in finem; *Et pro octava*
beatitudinis: initio tristitia, in fine læti-
tia: Domine, ne in furore tuo arguas me, ne-
que in ira tua corripas me. Miserere mei,
Domine; ut dolorosus sit tristis! Sed, *Ex-*
audivit Dominus orationem meam, Dominus
orationem meam suscepit, quæ lætitia!

Sic quinquagesimus, qui pro titulo ha-
bet: *In finem*, scitis qualiter incipiat: *Mise-*
rere mei, Deus, &c. sed in fine totus est re-
fertus lætitiæ: *Benignè fac in bonâ volunta-*
te tua Sion, ut, &c. Habebis mœstitiā?
Tristitia vestra in fine vertetur in gau-
dium.

O gaudium in fine sine fine! Divinè
Augustinus ad illud Apostoli: *Non sunt*
condigna passiones, &c. Sæviat mundus, in-
quit, fremat mundus, increperet linguis,
corusecet armis: quicquid vult, quicquid
potest, faciat: quid faciet tandem ad id,
quod accepturi sumus? (Declara, deinde
perge.) Appendo id, quod patior, contra
id, quod spero: illud sentio, istud credo:
& tamen plus valet apud me, quod cre-
do, quam quod sentio; quicquid enim hic
sentit, & quicquid patitur quis pro no-
mine Christi, si potest vinci, tolerabile
est, si non potest vinci, migrare hinc nos
facit, & tunc non extinguit, sed accele-
rat. Quid accelerat? Ipsum, quod expe-
ctamus præmium, ipsam, quam spera-
mus, dulcedinem, quæ cùm venerit, sine
fine erit: opus cum fine, merces sine
fine.

O pretiosæ tribulationes, quibus ad
tantam gloriam pervenimus? Quis non
gaudeat, quis non exulet in tribulatio-
nibus? O quam exultabat Franciscus!
Cùm is graviter pateretur in oculis, &
venisset ad Sanctum Damianum, prima
nocte tam graviter est infirmatus, quod
lucem aliquam videre non poterat.
Cùm ergo sterisset in cella quinquaginta
diebus, in tanto dolore oculorum, & ve-
xatione multiplicium murium à Diabo-
lo excitata quod die, nocteque quiesce-
re non valebat, hoc esse flagellum Domi-
ni recognoscens, cepit Deo gratias age-
re, & illum toto corde, & ore laudare, &
ex intimis præcordiis clamare, quod illi-
lis, & multo majoribus angustiis dignus
esset. Et cùm rogasset Dominum, di-
cens: Domine Jesu Christe, Pastor bone,
concede mihi oviculæ tuæ gratiam, &
virtutem, ut in nulla tribulatione, an-
gustia vel dolore à te recedam, facta est
ad eum vox de celo, dicens: Francisce, si
tota terra esset aurum, & mare, & flumi-
na, & fontes essent balsamum, & omnes
montes, & colles, & lapides essent lapi-
des pretiosi: & tu invenires alium thes-
aurum tantò nobiliorem his omnibus,
quantò est nobilior aurum, quam terra,
balsamum, quam aqua, lapides pretiosi,
quam sassa, & esset tibi datus pro infir-
mitate tuâ ille thesaurus tam charus, non
deberes multum gaudere? Respondit
sanctus Franciscus: Domine, non sum
dignus tam pretioso thesauro. Et Do-
minus ad eum: Gaude nunc, Frater Fran-
cisce, quia ille est thesaurus vitæ æternæ,
quem tibi reposui, & ex nunc te inve-
stio, & ista infirmitas, & afflictio tua, est
artha illius beati thesauri. Tunc San-
ctus Franciscus est valde
lætus affectus.

Tribulatio

Tribulatio divinus est favor.

PUNCTUM L.

*Psal. 93.
Yatav.
Flagella Dei
beatum fa-
ciunt.*

Beatum eum appellat Propheta, quem Deus tribulationis favore sequitur. *Beatus, quem tu eruderis, Domine. Yatav. ex Hebr. Beatus, quem tu castigaveris, Domine.* Conscribenda est tribulatio inter favores.

Psal. 98.

David recenset favores, quibus Deus Israëliticum populum afficit: *Invocabant Dominum, & ipse exaudivat eos. In columna nubis loquebatur ad eos.* Favores insignes. *Pergit: Deus, tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Quid ais: Inter favores ultio, & tribulatio? Ita. Sic Machabæi illi: *Etenim non sinere ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium.*

Deus beneficus est, cum plectit.

2. Mach. 6.

Et iste, inquit Sponsa est amicus meus.

Cant. 5.

Alij.

Matth. 27.

Chiores magis tribulati sunt, quod est, majoribus favoribus sunt aff. Christi in Cruce, Virgo, & Dilectus juxta Crucem: non tam dilecti à longè: inimici, inimici Crucis.

*Philip. 1.
Passio pro Christo
prostat fidei
dono.*

*D. Thom. &
Haym. ibi.*

Vobis donatum est, ut non solum in ipsum credatis, sed etiã ut pro illo patiamini. Quid? Estne favor æqualis fidei? Est major. Sic D. Thomas: Quod est majus donum. Et Haymo subdit: Quod non concedit, nisi amatoribus suis: fidem autem amatoribus, & non amatoribus,

Cajet. in 2.

p. q. 46. ar. 5.

Christus, inquit Cajetanus, generalitatem passionum suscepit, ut universum quoad mala (scilicet pœnæ) deificaret, ita quod sicut Verbum divinum suscipiendo humanam naturam, assumpsit quodammodo totum universum quoad bona, ita suscipiendo mala hominum in generalitate suarum passionum, deificavit totum universum quoad mala. Prodest autem malorum hujusmodi tanta dignitas humano generi valdè, quoniam malorum incurtus pest Ada peccatum inevitabilis

*Tribulationes
deificavit
Christus.*

A est, & necessarius in via virtutis ambulanti ad cœlestem Patriam. Naturaliter autem exosa, fugibilia, tristia, que sunt mala, & propterea arcta, duraque dicitur via vitæ, sed ubi assumpta à Verbo in propriâ personâ mala sunt, deificata proculdubio sunt, & inde reddita sunt desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, cum non habentur, & dulciora super mel, & favum, cum habentur, ut gesta Martyrum testantur, dicentium: Hoc est, quod semper optavi. Has epulas ego semper optavi. Videor mihi, quod supra roseos flores incedam, &c. Et hinc virtutis via, patiendo mala, facta est humano generi amabilis, desiderabilis, atque delectabilis secundum se ipsam. Sed *ani malis homo non percipit, que Dei sunt; palato enim non sano pœna est panis, qui sano est suavis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis.* Hucusque Cajetanus hoc loco, ut alibi sæpè, velut Dux, & Magister vitæ spiritualis.

Qui nunc favor est, jam deificatas habere tribulationes? Pulchrè Sedulius: *Sedul. lib. 4. carm.*

Pœnam vestivit honore,

Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit.

Communicantes ergo Christi passionibus gaudete Sic & Tertullianus: *Quin insuper gratulari, & gaudere nos deceet dignatione divinæ castigationis. Expende illud: Dignatione, &c.*

1. Cor. 1.

*Tertull. lib.
de patient.
c. 11.*

Magis dilecti à Principibus, magis dicantur. Ut divites facit Deus, quos magis diligit! Sed quibus divitiis? *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit in saia sua.*

Jerem. 50.

Digne (divini amoris) fulgur egrediens (tribulationis.) *Ezech. 1.*

Ut hos favores Sponsa peroptabat! *Surgo Aquilo: veni, Auster.* Quid turbulentissimos ventos peroptas? Sic, sic perferent tam Aquilo, quam Auster hortum meum. *Et fluent aromata virtutum, &c.* Sic Ric. Beda, Cassiodorus.

Cant. 4.

Favor adeo insignis est, ut comprehendendi nequeat. Hoc sibi volebat Jacobus: *Si quis vestrum magis sapientia, postulet à Deo.* Ubi venerabilis Beda: Egerat jam de patientia, & subdit: *Si quis vestrum indiget sapientia: quasi diceret: Si quis vestrum*

Inc. 1.

*Beda,
Passio pro Deo
insignitum
beneficium.*

strum non potest intelligere utilitatem, A dignitatemque tribulationum, ac adversitatum postulat à Deo, &c.

Mara.

Ad eò excellens favor, ut inter cælestia præmia, ut favor cælestis recensatur. Centuplum accipiet, cum tribulationibus, &c.

*Psal. 7.
Lorin. in
Psal. 102.*

Divinam hunc favorem admirabatur Propheta: *Quid est homo, (aut juxta alios, quid est Enos, oblitiscens; ex Lorino, calamitosus, infirmus, ægritudinis deplorata) quod memor es ejus, aut filius hominis, quia (ocul Medicus) visitas eum? Quid, cum febrim immittit? Dei visitatio. Quid, cum deplorato te afficit morbo? Dei memoria qua veluti Medicus te visitate decrevit. O divinum favorem! & tu Enos oblitiviosus?*

Psal. 26. 9.

Ut hunc Medicum peroptabat David: *Ne declines in irâ à servo tuo. Quasi diceret: Ne quæso, cælestis medice, indignatus domum meam transilias.*

*Aug. ibid.
Dei iram opta-
bat David.*

Quid rogas, inquit August, ne declinet in irâ? Si à te declinaverit in irâ, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potius, ut declinet à te in irâ, non accedat. Novit quid desiderat. Ira ejus non est nisi averſio vultus ejus.

*Pet. de Na-
vall. 2. c. 36.*

Succurrat hoc loco memoriæ illud, quod vidente D. Ambrosio accidisse narratur. Cum B. Ambrosius Romam pergeret, & in quadam villa Tusciæ apud quendam nimis locupletem hospitatus fuisset, hominem illum super statu suo sollicitè requisivit. Cui ille respondit:

Quam Deus fuerit cuidam iratus, qui omnia semper habuit prospera.

Status meus, domine, semper felix extitit, & gloriosus. Ecce enim infinitis divitiis abundo: servos, & famulos infinitos habeo: copiosam filiorum, & nepotum turbam possideo, & omnia semper ad vota habui: nec unquam mihi aliquid adversum accidit, nec quod contristeret, advenit. Quod audiens Ambrosius, vehementer obstupuit, & his, qui secum erant in comitatu, dixit: Surgite, & hinc quantocyus fugiamus, quia Dominus non est in loco isto. Festinate, filij, festinate, nec fugiendo moram facite, ne nos hic ultio divina apprehendat, & in peccatis istorum nos pariter involvat. Cum ergo fugeret, & aliquantulum pro-

cessissent, subito se terra aperuit, & hominem illum cum universis, quæ ad se pertinebant, ita absorbit, ut nullum inde vestigium remaneret. Quod cerneas Ambrosius dixit: Ecce, Fratres, quam misericorditer Deus parcat, cum hic adversa tribuit, & quam severè irascitur, cum semper prospera claritur. In eodem autem loco fovea profundissima remansisse dicitur, quæ usque hodie in hujus testimonium perseverat.

D. Hieron. premens verba illa: *Ira magna irascatur.* Magna, inquit, ira est, quando peccantibus non irascitur Deus. Unde & in Ezechiele ad Jerusalem: *Lam, inquit, non irascatur tibi, zelus meus recessit à te. Medicus si cessa verit curare, desperat.*

C Tribulationes perferre, justorum, Christianorumque.

PUNCTUM LI.

Primus justus, Abel, Hebr. *Lulus, Genes. 4.*
Alius, qui cæpit invocare nomen Domini peculiari studio, fuit Enos, Hebr. *Tribulationi Oblitus*: quasi diceret, qui plus spiritum profitebantur, plus erant afflicti. Justus semper tribulantur Job: *Si justus fuero, non levabo caput, saturatus afflictione, & miseria.* D. Hier. *Si justus fuero, non poterò reclinare caput.*

Maldonatus egregie quidem causam requitens, cur Angelus dixerit Joseph. *Accipe puerum, & fuge in Egyptum.* Vide, detur, inquit *Egyptus esse schola filiorum Dei, quia adolere non possunt, nisi vexentur.*

Omnes dies pauperis Hieron. populi Dei electi mali: afflictionibus scilicet, ærumnisque pleni.

Justi sunt positi in signum, in quod mundus omnia sua tela collimat, vibratque. *Hic posuit eis in signum, cui contraheretur. Posuit me tamquam signum ad sagittas. Posuit me sibi quasi in signum.* Ubi Gregorius asserens illud Apostoli: *ipsi scitis, quoniam in hoc positi sumus; ac si eis aperte*

apertè diceret, inquit Gregorius: Quid A
in hoc tempore vulnera nostra mirami-
ni, qui si æterna gaudia quaerimus, huc ad
hoc venimus, ut feriamur?

1. Pet. 4.
Tribulationes
Iustu familia-
res.
Græc.
Gagp. ibid.

Consueta res est Christiano tribuati-
ones pati. *Charissimi, nolite peregrinari
in seruire, qui ad tentationem vobis fit, quasi
novi aliquid vobis contingat.* Græc. *Nolite
peregrinari in exustione, live examinatione
per ignem.* Quid hîc sibi vult peregrina-
ti? Ad instar peregrini, ac transeun-
tis, visa insolita mirari, hoc sibi vult,
Nolite, &c. Quasi diceret: Ne facis
ecu peregrini in tribulationibus, quæ
vobis contingunt, quasi tribulationes
Christiano homini novæ sint, & insoli-
tæ: nam tribulari Christiano ordinaria
res est.

1. Pet. 4.

Christiani autem est tribulationes in-
nocenter, & sine causâ pati. O quàm aie-
ni ab hac divinâ scientia, qui dicunt: Si
saltem causam dedissem, si commeruis-
sem, &c. D. Petrus, qui supra: *Nemo ve-
strum patitur, tanquam homicida, aut fur,
aut maleficus, aut alienorum appetitor, si au-
tem ut Christianus, non erubescat.* Pati ut
Christianus, est innocenter pati, ut
innocenter passus est Christus: tunc
propriè communicat quis passionibus
Christi, cum innocenter patitur. *Hæc est
gratia apud Deum, si propter Dei conscientiam
sustinet quis tristitiam patiens injustè:
quæ est enim gratia, si peccantes, & colaphizati
sufferatis?*

Passionibus
Christi com-
municare
quid.
1. Pet. 2.

Iusti illius encomiam illud fuit: *Tu
commovisti me, ut affligerem eum frustra, id
est, sine causâ.*

Iob. 2.

Iusti tamen in tribulationibus, sensu
humilitatis, divinam justitiam exal-
tant. *Iustus es Domine, & rectum iudicium
tuum. Et exultabit lingua mea justitiam
tuam.* O quàm multi, dum res ad vo-
rum succedunt, laudant misericordiam,
sed dum res in transversum abeunt, ne-
sciunt laudare justitiam! Iustus semper
deteriora commiseri se putat, &
laudat justitiam. *Iustus es
Domine, &c.*

Psal. 118.
Psal. 50.

De perseverantia in patiendo.

PUNCTUM LII.

DIVUS Augustinus: In Cruce per to-
tam istam vitam debet pendere
Christianus, non enim est in hac vita
tempus evellendi clavos.

D. Aug. ser.
86. de diversis.
Christianus
quoad vivit.
su crucifixus.
Psal. 4.
D. Hieron.
Thren. 3.
Arias.
Pagnin.
Septuag.

Finis, & victoria in phrasi Scripturæ
idem sunt. Patet ex titulis Psalmorum,
qui inscribuntur: *In finem*, id est, *Victori*,
vel *Victoriam* consecuto. Thren. 3. *Periit
finis meus.* Arias: *Duratio mea.* Pagnin. *For-
titudo mea.* Septuag. *Victoria mea.*

Idcirco Job victoriam est consecutus,
quia patienter tulit. Creditisne pacien-
tiam illam paucorum fuisse dicam? Ubi
nos legimus: *Dixit autem illi uxor suas: Ad-
huc tu permanes in simplicitate tua, aut Hebr.
in perfectione tua (nihil adhuc imminutus)*
Septuag. habent: *Tempore autem multo
transacto dixit ei uxor eius: Quousque, &c.*
Unde patet multo tempore in illis cala-
mitatibus fuisse.

Perseverantia
triumphat.
Iob. 1.
Hebr.
Septuag.
Iob per diu ca-
lamitatus fuit.

Sanctus Theodorus Studita, ut supra
diximus, quindecim annos inquit his
morbis laborasse. Sic exemplum probatæ
patientiæ reliquit. At quibus morbis la-
boravit? Omnibus simul, qui in humano
corpore simul esse queunt: immo, & qui
mutuò pugnant, idque arte Diaboli. Ab
eodemmet Job omnes enumerantur: *A
plantâ pedis usque ad verticem capitis, in uno-
quoque membro desperatis, mortiferis-
que morbis laboravit, exitialibusq; quo-
ad se, etsi iussu Dei non peremptoriis. Vl-
cere pessimo, unde ait Chrysostr. corpus to-
tum perforatum habuisse, inde tabifici
humoris rivulos, & vermium fontes
manasse, quocum ulcere, ex Galeno, ele-
phantiasis lepra, quæ totam carnem de-
pascit, juncta est Podagra: *Posuisti in
nervo pedem meum.* Articularibus dolo-
ribus: *Ad nihilum redacti sunt omnes
artus mei.* Vermibus tandem: *Tu in
putredinem vermium sedes.* Mater mea,
& soror mea, vermium, &c. Peculiari
morbo*

Apud Aaron,
Iob. 9.
Iob omnibus
simul morbis
laboravit.
Iob. 2.

morbo, cap. 30. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunica succinxerunt me. Pessimā dynteria, cap. 16. Effudit in terram viscera mea. Renum dolore, & morbo colico, ibidem: Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos. Pleuritide, angina, asthma te ex difficultate respirandi, & thoracis contorsione, cap. 17. Spiritus meus attenuabitur. Pagninus: Spiritus meus corruptus est. Sept. Pereo spiritu agitatius (ut soleat, qui hisce morbis laborant.) Vigilia, ut mox capto somno è terroribus excitaretur, cap. 7. Terrebris me per somnia, & per visiones horrore concuties. Et noctem vertierunt in diem. Nauseā: Antequam comedam suspiro. Febri hecica, cap. 19. Pellis mea consumptis carnibus adhesit os meum. Ossa mea aruerunt pro caumate, in memetipso mavefecit anima mea, & possident me dies afflictionis. Dolore cordis cap. 17. Cogitationes mea dissipata sunt, torquentes cor meum. Septuaginta: Convulsa sunt compages cordis mei. Alij: Rupti sunt articuli cordis mei, &c. Oculorum vitio: In amaritudinibus moratur oculus meus. Ipsorum unguium morbo: Testa saniem radebat, Chaldaicè, Accepit testam ad scalpendum se; quod unguis ad scalpendum aptos nō haberet. Dolore capitis, omnium que partium ex interiori aestu, quo tor⁹ ardebat, ex mordaci, ac pestifero humore, &c. Ad hæc extrema inopia, unde uxor apud Septuaginta. Ego errans, & ancilla locum ex loco, & domum ex domo muto, expectans Solē, quando occidit, &c. Tu verò ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio. Unde Basilii, Chrysostomus, Olymp. Jobi uxore ad suam, virique vitam sustentandam ostiarum quotidie inquirunt mendicasse. Huc facit, quod testā, lintecolum non habens, saniem radebat. Inter hæc tor. dolorum tormenta nec stultum aliquid contra Deum locutus est. O quot ineptias nos proferimus ex impatientia, dum uno simili dolore laboramus! dum ante Christum, ante Sacramenta Job, qui omnibus simul doloribus laborabat, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est.

Linguam solam servavit illi Satan, quā Deum malediceret: sed deceptus est;

nam hac Deum benedixit, ac pro tot doloribus ei gratias egit. Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. His æquum est uti ad Deum benedicendum. Hæc fuit Jobi patientia.

Terigimus supra patientiam paralytici triginta octo annorum in probaticā piscinā patient. Similē ægotantis, & expectantis ad invicem manum. O quot impatientes ad primum, non dico annum, sed mensem? Nondum quintum, aut sextum in infirmitate annum explevisti. O quot supersunt usque ad triginta octo?

Sed inquires: Hi non usque ad mortem passi sunt. Inquit Chrysostomus, Lazarū usque ad mortem passum fuisse. Arbitrarisne tu pluribus Lazaro morbis laborare? D. Chrysostomus ad instar Medici morbos ejus recenset. Lazarus, inquit, pauper fuit, & valde pauper, cujus paupertati addebatur etiā ægritudo, & ægritudo amarissima, quæ ipsam paupertatē redderet duriorē. Ad hæc vicinitas divitiis epulantis luxuriosē, ut cum multo amplius excruciant opes in oculis positæ, quæ negabantur, quæ illæ, quæ per penuriam deerant, videbat enim divitē copias, tanquā fontibus, & fluminibus redundantem; se verò ab hominibus quidem refrigerium nullum capientem, solis verò canibus jacere miserandū, ita enim erat ægritudine resolutus, ut nec ipsos quidē canes valeret abigere. Qui tamen ita petulit hanc tam ditam, tamque terribissimam miseriam, ut neque amarum sermoem, neque blasphemiarum verbum proferret, & illicitum, &c. O quā citò nos liberari volumus! ò quā impatientes sumus! Fuge in Egyptum, & esto ibi, &c. que dum dicam tibi. Conqueritur ille: tor abhinc mensibus, annis, tribulor, quousque, Domine? sciam hoc saltem O impatientem! Esto, esto tibi (patienter, ut fuit vel Mater mea, meusque putativus Pater) usque dum dicam tibi. Ille ariditate, ac tenebris obrectus queritur, heu, &c. Esto tibi, dicit Deus, usque dum dicam tibi. Cum tempus advenerit, revertetis in terram Juda. Ægotat ille, dolēt. O quando? Esto tibi, &c.

Pagnin.
Sept.

Alij.

Chald.

Job. c. 2.
Sept.

Basil.
Chry.
Olymp.

Job ad mendicitatem redactus.

Genes. 7.
Alii.
Noë cur arca
desoris obser-
va inclusus.

Luc. 21.
Luc. 8.
Greg. hom. 15.
in Evang.

De Servolo
paralytico à
prima va etate
na finem vita.

Et clausit à foris ostium Dominus, vel in-
cluserit eum Dominus desoris. Quid hoc sibi
voluit? Vt se resignaret ibidem usque ad
mortem, si opus fuisset: expectavit ibi
supra annum, donec Deus ipse, qui eum
incluserat, diceret: Egrede de arca tu, &c.
Inundant aquæ super caput tuum? In di-
luyio es aquarum multarum? Includit te
Dominus? Si Deus voluerit, egredieris,
&c.

In patientia vestra possidebitis animas ves-
stras. Vt ille feliciter possedit, de quo
Greg. ad illa verba, Et fructus afferunt in
patientia. Vbi primum habet: Terra bo-
na fructum per patientiam reddit: quia
videlicet nulla sunt bona, quæ agimus, si
non æquanimiter etiam mala toleramus.
Quandò enim quisque altius profecerit,
tantò in hoc mundo invenit, quòd durius
portet: quia cum à præsentis sæculo men-
tis nostræ dilectio deficit, ejusdem sæcu-
li aduersitas crescit. Hinc est enim, quòd
plerosque cernimus & bona agere, & ta-
men sub gravi tribulationum fasce desu-
dare. Terrena nanque jam desideria fu-
giunt, & tamen flagellis durioribus fati-
gantur. Sed juxta vocem Domini fructu
per patientiam reddunt: quia cum hu-
militer flagella suscipiunt, post flagella
ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic
uva calcibus tunditur, & in vini saporem
liquatur. Sic oliva contusionibus expres-
sa amurcam suam deserit, & in olei liquo-
rem pinguescit. Sic per trituram aræ à
paleis grana separantur, & ad horreum
purgata perueniunt. Quisquis ergo ap-
perit plene vincere, studeat humiliter
purgationis suæ flagella tolerare: ut tan-
tò post ad Iudicem mundior veniat,
quantò nunc ejus rubiginem ignis tribu-
lationis purgat. Deinde exemplum
subdit:

In ea porticu, quæ euntibus ad Eccle-
siam Beati Clementis est per via, fuit qui-
dam Servolus nomine, quem multi ve-
strum mecum noverunt, rebus pauper,
meritis dives, quem longa ægrotudo dis-
soluerat. Nam à primæ va etate usque
ad finem vitæ paralyticus jacebat. Quid
dicam, quia stare non poterat, qui nun-
quam in lecto suo surgere vel ad seden-
Sper. in a Scriptura selecta.

A dum valebat? Nunquam manum suam
ad os ducere, nunquam se potuit in lateris
aliud declinare? Huic ad serviendum
mater cum fratre aderat: & quicquid ex
elemosyna potuisset accipere, hoc eorū
manibus pauperibus erogabat. Nequa-
quam litteras noverat, sed Scripturæ sa-
cræ sibi met codices emerat, & religiosos
quosque in hospitalitatem suscipiens, hos
coram se legere sine intermissione facie-
bat. Factumque est, ut quantum ad
mensuram propriam attinet, plene sacræ
Scripturam disceret, cum, sicut dixi, lit-
teras funditus ignoraret. Studebat in
dolore semper gratias agere, hymnis Deo
laudibus diebus, ac noctibus vacare. Sed
cum jam tempus esset, ut tanta ejus pati-
entia remunerari debuisset, membrorum
dolor ad vitalia rediit. Cumque se jam
morti proximum agnovit, peregrinos
viros, atque in hospitalitates susceptos
admonuit, ut surgerent, & cum eo Psal-
mos pro expectatione exitus sui decan-
tarent. Cumque cum eis & ipse moriens
psalleret, voces psallentiū repente com-
pescuit cum terrore magni clamoris, di-
cens: Tacete. Nunquid non auditis
quantæ resonant laudes in Cælo? Cum-
que ad easdem laudes, quas intrus audi-
erat, autem cordis intenderet, sancta illa
anima à carne soluta est. Sed exeunte il-
lâ, tanta illic fragrantia odoris aspersa est,
ut omnes illi, qui aderant, inestimabili
suavitate replerentur, ita ut per hoc pa-
tenter agnoscerent, quòd eam laudes,
quas audierat in Cælo, suscepissent. Cui
rei Monachus noster interfuit, qui nunc
usque vivit, & cum magno fletu attrista-
ti solet, quia quousque corpus ejus sepul-
turæ traderent, ab eorum naribus odoris
illius fragrantia non recessit.

E Ecce quo sine ex hac vitâ migravit, qui
in hac vitâ æquanimiter flagella tolera-
vit! Juxta vocem ergo Dominicam, bo-
na terra fructum per patientiam reddi-
dit, quæ ex arata disciplinæ vomere, ad re-
munerationis segetem pervenit. Sed vos
rogo, Fratres charissimi, attendite, quod
excusationis argumentum in illo distri-
cto Iudicio habituri sumus nos, qui à bo-
no opere torpentes, & res, & manus ac-
Bb cepimus,

cepimus, si præcepta Dominica egenus, & sine manibus potuit implere? Non contra nos Dominus tunc Apostolos ostendit, qui ad regnum secum turbas fidelium prædicando traxerunt. Non contra nos Martyres exhibebat, qui ad cælestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt. Quid tunc dicturi sumus, cum hunc, de quo locuti sumus, Servolum viderimus, cui longus languor brachia tenuit, sed tamen hæc à bono opere non ligavit? Hæc vobiscum, Fratres agite. Sic vos ad studium boni operis instigare, ut cum bonos vobis modò ad imitandum proponitis eorum consortes tunc esse valeatis, præstante Domino nostro Iesu Christo, &c.

ambulant: per tribulationis viam omnes regia est. At iniquis; difficilis, & acclivis est. Audi Chrysostomum in Matth. Cùm cælum præparetur in præmium, nihil de præsentis vitæ asperitatibus debet sentiri. Maximè labores mitigat finis itineris. Non ergo aspicias, quòd via est aspera, sed quòd ducit; neq; aliam, quòd lata est, sed ubi desinat. *Via ad vitam custodienti disciplinam, qui increpationes relinquit, errat; hoc est, longissimè abit à vitâ, atque salute.*

¶ Tribulationes sunt scala, per quas in Cælum ascendimus.

Scala Iacob, &c. Itaq; dum tibi Deus tribulationes immittit, scalam, per quam in Cælum conscendas, è Cælo demittit, ac porrigit.

¶ Qui tribulationes patitur, Christo assimilatur.

Postquam Abraham vidit, quo animo, qua patientia, & taciturnitate filius Isaac sacrificio sese aptavit, & gladio subiecit: *Accepit*, inquit Paulus, *eum in parabolam*; quòd Vatablus explicat, accepit eum in similitudinem, ut esset similitudo Christi: nemo enim meliùs similitudinem Christi potuit præferre, quàm hic, qui tantam exhibuit patientiam. Sic eum igitur deinde colebat pater, quasi in eo veluti in typo, & figurâ hominem Deum coleret.

¶ Passio Christi dulces efficit tribulationes.

Aquæ Marath ligno dälcorata. O quot conqueruntur! *Sed aquæ amarae sunt*, &c. Lignum Crucis dulcissimas reddit, &c. Hinc *Inundationem maris quasi lac surgent*, hoc est, amaritudines hujus vitæ, quasi dulcedines computabant, quia in mari jam lignum positum est.

Animæ jam jam ob gravissimas tribulationes desperanti dictum est: *Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthii, & fellis. Quid egit anima? Hac recolens in corde meo ideo sperabo. Septuag. Hanc poenam in cor meum ideo sustinebo. O quàm patienter sustinet, qui cogitat, & cogitat, quid passus sit Filius Dei? &c.*

¶ Qui tribulatur, Christo adherere debet.

Ut.

Tribulatio est recta in Cælum via.

PVNCTVM LIII.

A Dducam eos per torrentes aquarum in via recta. *Semita iusti (angusta ob tribulationes) recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.*

Via vitæ custodienti disciplinam. Hebr. *Semita* (compendiosa) *ad vitam, custodiens correptionem.* Hinc Nazianz. oratione de plaga grandinis: Tribulationes ipsæ sunt regia ad Cælum via. Vbi primò favorem notare est eorum, qui tribulantur, hi enim per viam, qua Reges, Christus, Sancti transierunt, & ipsi pertranscunt. Via præterea regia dicuntur adversitates, quòd sicut ex *Cod. Quæ sint regalia, viæ publicæ Regum, ac Principum dicuntur esse, qui ob id soli eas dilatant, aut cogunt ad libitum: sic tribulationes viæ Dei sunt, quas solus metiri, dilatare, aut cogere potest, ut vult. In tribulatione dilatasti mihi. Tribulatio, & angustia inveniunt me.* Iam per vias regias, & publicas nemo impedere prohibetur: sic per viam tribulationum nemo non incedit. Alias aliarum virtutum alii, atque alii recunt, alii enim hanc, alii illam per-

Ierem. 31.
Isa. 26.
Prov. 10.
Hebr.

Nazianz.
Hugo Car.
Salaz. ibid.
Tribulationes
regia in cælum
via.

Cur eo nomine
gaudent.

Psal. 4.
Psal. 118.

Via cælestis
difficultatem
quid minuat.
D. Chryso.

Genes. 28.

Gen. 22.

Erummarum
tolerantia
Christiforma
facit.

Heb. 11.

Vatab.

Exod 15.

Deut. 33.

Thren. 3.

Septuag.

Erinacius lapidi adhaerens sustinet illasus tempestatem.
D. Basil. & D. Ambr. in Hexamer. hom. 5.

Ue parvulus ille piscis tempestatem A presentiens maris profundum petit, ibique lapidi alicui sic inhæret, ut dum ventorum, ac fluctuum motu conteruntur naves, ipse immobilis consistat: talis in tempestate tribulationum quilibet esse debet, ut instar erinacii (sic piscis vocatur) ad petram confugiat: *Petra refugium erinacis, &c. Status supra petram pedes meos. Esto mihi, Domine, in Deum protectorem, & in domum refugii.* Heb. *Esto mihi in lapidem fortissimum, quoniam fortitudo mea est: quoniam petra mea es tu.* Assent ventis: Christo adhaerens securus sum, immobilis sum.

Psal. 39. Hebr.

Tribulationes hujus vitæ, quantumlibet magna sint, ostensiones potius tribulationum, quàm tribulationes dicuntur.

Psal. 56.

Ostendisti populo tuo duram.

Psal. 70.

Ostendisti mihi tribulationes multas, & C malas.

2. Cor. 6.

Quid persecutio Regis Saul? Ostensio tribulationis: Tribulatio Absalom?

D. Ansel. ibid.

Ostensio tribulationis. Hinc notat Anselmus formas loquendi, quibus utitur verè non sunt Apostolus, dum de tribulationibus hujus vitæ sermonem facit: *Quasi morientes, ut castigati, sicut egentes, tanquam nihil habentes, &c.* Notandum aut, quòd in his, quæ sunt adversa, dictum est, quasi, ut, sicut, tanquam: quia nimirum hujus vitæ adversitates sunt quasi adversitates. Hinc Dominus fecit quasi flagellum, &c.

Joan. 2.

Deus est cum his, qui tribulantur.

2. Reg. 7.

David 2. Regum: *Redemisti tibi ex Ægypto gentem, & Deum ejus.* Ubi Vatab. id est, teipsum, quòd videaris affligi, cum hi affliguntur. Erat populus in Ægyptiaca illa servitute coquendis lateribus mancipatus, & vide ut Moysi apparet Deus inter flammâs, inter rubum, quasi diceret: Cum ipsis sum in tribulatione. Hinc in latere describi voluit Jerusalem, quasi diceret: Ne putent me solum esse in cælesti Jerusalem, etiam in Ægypto, ubi est tribulatio, describatur Jerusalem.

Ærummosis Deus adest. Exod. 1.

Jerem. 6. Hier. ibid. Et cum illis voluit patitur.

Mirum! per Ieremiam ait Deus: *Filia populi mei, accingere cilicio, quia repente veniet vastator super nos.* Hieronymus: Super nos, inquit, ut quicquid super suum

venturum est populum, super se quoque venire testetur. Nabuchodonosor dicebat: *Ecce video quatuor viros, & species quarti similis Filio Dei.* Quid ibi in fornace? Cum illis erat in tribulatione.

Dan. 3.

Descenditq, cum illo in fornacem (loquitur de Ioseph) & in vineulis non dereliquit eum. O socium fidelissimum! biennium ibi fuit Ioseph, & biennium Deus, &c. Quodnam, quæso, majus consideranti sese offerre potest motivum patientiæ?

Sap. 10.

Huc facit illud: *Tollite jugum meum super vos; quòd ad idemmet jugum quasi colligarus iter Deus, ac tribulatus.*

Respondit Deus Iob de turbine. Greg. Iob. 38. quia & Iob in turbine erat, &c.

Tribulatio est lapis probatorius, & Lydius.

Quàm verè patientia, & tribulatione probantur filii Dei! *Accede huc, filium, ut tangam te, & probem utrum tu sis filius meus, an non.* Gen. 27. Sap. 2.

Premittit se scientiam Dei habere, Filium Dei se nominat, Contumelia, & tormento interrogemus eum. Græcè, *βαπτίζω* lapide Lydio, seu indice interrogemus eum. Heb. 12.

Si extra disciplinam estis, adulteri, & non filii estis.

Iusti tribulantur.

Si Deus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hac omnia? Imò propter hoc, quia Deus vobiscum est. Iudic. 6.

Hac vita præsens est tantummodo patiendi locus.

Malleus, & securus, & omne ferramentum non sunt audita in Domo Domini. Hic enim dolantur, hic quadrantur. 3. Reg. 6.

Qui rheda vult in Cælum ascendere, tribulationes libenter perferat.

Elias ascendit per turbinem in cælum. 4. Reg. 1.

De patientia in tribulationibus.

Reputantes peccatis nostris hac ipsa supplicia minora esse flagella Domini. Peccavi, & verè deliqui, & ut dignus eram, non recepi (iudicium rectum.) Idem: *Qui dedit carmina in nocte.* Greg. latitiam in tribulatione. Iudith 8. Iob 33.

Tribulatio ad Deum adducit, prosperitatem abducit.



2. Par. 33.
Ecl. 10.
Sap. 18. 13.
- Postquam conangustatus est Manasses, egit penitentiam. Curatio cessare faciet peccata maxima (que nulla alia ratione cessabant) Tunc cum primum fuit primogenitorum exterminium, sponderunt populum Dei se esse, non credentes propter beneficia. Et hæc nesciuit, quod ego dedi frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum. Quid ages, Domine? Idcirco convertar, & sumam frumentum meum (iusta ingratitude pœna.) Et quid inde? Et erit in die illa, vocabit me vir meus.
- Oset 2.
- Cumq; requievissent, reversi sunt, ut facerent mala. (scd) In tempore tribulationis sua clamaverunt ad Dominum. Infirmas gravis sobriam facit animam.
- Nehem. 9.
- Ecl. 37.
- Chrysof. hom. 64. ad popul. Antioch.
- Iudei, inquit Chrysdum luto fuerunt, & lateritio operi alligati, mites erant, & continuè Deum vocabant: postquam verò libertate potiti sunt, murmurabant, & Deum exacerbaverunt, & se malis infixerunt innumeris.
- Sap. 16.
Prov. 3.
Gen. 35.
- Tribulatio est signum salutis. Ad correctionem in brevi tribulati sunt (temporali tribulatione) signum habentes salutis. Nec deficiat, cum ab eo corripitur: quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Benioni, filius doloris; mox, Benjamin, filius dexteræ. Aufer ruginem de argento, & egredietur vas purissimum.
- Prov. 25. 4.
- De carcere, catenisq; interdum (præsentium tribulationum, absq; læsione Purgatorii) egredietur quis ad regnum.
- Ecl. 4.
- Psal. 109.
- De torrente in viâ bibet (in hac vita) propterea exaltabit caput (in altera.)
- Nahum. 1.
Septuag.
- Non consurgat duplex tribulatio. Sept. Non puniet bis in idipsum. Affixi te, non affligam te ultra.
- Ibid.
- Dominus in tempestate, & in turbine via eius.
- Iob. 9.
- Qui graditur super fluctus maris. Gregor. Ut frangat undas.
- Rom. 5.
Hugo. Carenf. ibid.
- De fructibus tribulationis. Tribulatio patientiam operatur (Hugo Carenf. id est, exercet. q. d. colit eam, ut fructificet) patientia vero probationem, probatio vero spem. Virtus in infirmitate perficitur. Mirus loquendi modus. Ait hic D. Thom. Ignis in aqua crescit, quod potest. Te dupliciter, materialiter, & oc-
- casionaliter. Materialiter virtus in infirmitate perficitur, id est, infirmitas est materia exercenda virtutis humilitatis. Ne magnitudo revelationum excolat me. &c. Patientia: Tribulatio patientiam operatur. Temperantia, quia ex infirmitate debilitatur fomes, &c. Occasionaliter virtus in infirmitate perficitur, id est, est occasio perveniendi ad perfectam virtutem, &c.
- ¶ Tribulationes ad suam gloriam, & nostrum majus meritum permittit Deus.
- Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed Ioan. 9. ut manifestentur opera Dei in illo. Non semper ob peccata tribulationes immittit, sed ob suam gloriam: sic ob nostrum majus meritum. Omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Ob id filii palmitem recidit, ob id secat, ut fructum plus afferamus, &c.
- ¶ Motivum consolationum in tribulationibus.
- Tristitia vestra vertetur in gaudium (aqua in vinum.) Secundum multitudinem dolorum moorum, consolationes tue latificaverunt animam meam, (gloria, ut passio.) Licet non sint condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam (nec ad futuram peccnam & ignominiam,) que revelabitur in nobis.
- ¶ Motivum patientie.
- Premunt vos adversitates? Iesum in Cruce cogitate. Sic August. Premunt tribulationes, & calamitates? Premi magis, quam peccati videtur utilius. Sic Bernardus. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum (proximum, aut Christum.)
- ¶ Quam dures, qui tribulationes patitur! quam felix?
- Conchylum, etsi undis undequaque agitatum, in se tamen preciosissimas claudit uniones: Emblemata tribulatorum, si dicas cum illo: Regnum Dei intra vos est, &c.
- ¶ Ad salutem necessarium est pati.
- Adimpleo, quæ desunt passionum Christi, in carnes. Quid! deerat aliquid? Deerat Coloss. I. corpori mystico, cuius caput Christus est, & fideles membra, qui ea, quæ sunt adimplenda, debent adimplere.

B. Thom. à Villanova.

Tribulatio, signum predestinationis. B. Thom. à Villanova ad illud: *Calicem quidem meum bibetis*; in Concione de S. Iacobo Apostolo: Hoc, inquit, signum amoris, hoc indicium æternæ hereditatis, si me hic fecerit consortem sui calicis.

Isa. 49. Chald.

In die salutis auxiliatus sum tui. Chald. *In die tribulationis ego suscito salutem.* Quasi salutis, ac tribulationis sit ferè nexus indissolubilis.

Rup. Ioan. 6.

Acute Rupertus notat particulam illatam, ergo, Ioan. 6. ubi Salvator dicitur abiisse trans mare: *Abiit*, inquit Evangelista, *trans mare.* Et mox: *Subiit ergo in montem Iesus.* Ergo, inquit Rupertus, quia trans mare abiit, idcirco ipse quoque in montem subiit, quod qui in mari tribulationum natus, in montem gloriæ consequenter conuenit.

Marc. 6.

In beatitudinibus omnibus ponitur tempus futurum: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, &c.* Sed in paupertate, & passione, in præfenti: *Beati, qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum Cælorum;* possunt enim & divites lugere, &c.

Tertull. lib. ad Martyr.

De gloria passionis. Tertullianus ad Martyres: Carcer habet tenebras, sed lumen estis ipsi: habet vincula, sed vos soluti estis Deo. Nihil erus sentit in nervo, cum animus in Cælo est. Nihil interest, ubi sitis in sæculo, qui extra sæculum estis. Triste illic expirat: sed vos odor estis suavitatis.

Oratio est studium Sanctorum.

PVNCTVM LIV.

Isal. 49. Hebr. Chald.

Congregato illi Sanctos ejus, (Hebr.) *beneficos, vel misericordes ejus (qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.* Chald. *Qui occupantur in precibus.* Idem est sanctus, misericors, & homo orationis. *Egressus erat Isaac ad meditandum in agro.* Sept. *Egressus est Isaac exerceri in agro.* Hoc nimirum est studium Sanctorum, qui si quandoque ruri se exercent manibus, si-

Gen. 24.

A mul etiam se exercent mente. Sic putant manu, & putant mente: sic legunt flores, aut fructus, sed simul etiam legunt in floribus, & fructibus Dei bonitatem, amorem, &c. Exerceatur in agro, & meditantur in agro.

Hoc in valle Mambrae studium Abrahamæ, cuius vita concinna exercebat oratio. Et ut ab uno die reliquos colligamus quondam Angeli apud eum divertunt, perveniuntque domum *in ipso fervore diei.* (Interl. *serventis orationis.*) Ferventissimè itaque tunc orabat. Quid mane, quid nocte, temporibus propriis orationis? Intrant Angeli, mox pedum ablutioni, ministrationsi ciborum vacat. *Accelera, commisce.* Ipse accumit ad vitulum. Nemo piger in domo sapientis, inquit hoc loco Origen. suisq; & uxoris manibus omnia facit: meritum hoc non dividendum vernaculis terentis reliquit, quod commendat Chryl. ibi: *Ipse rursus stabat juxta arborē.* O mentem exclamat, oppidè piam! adhuc stabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio robor quoddam accepisse, imbecillitate suâ factus superior. Torum id erat oratio. A prandio Angeli abeunt, ubi mystica domi loquuti sunt, & Abraham simul gratulabatur. Per viam nec ab oratione cessavit, quia revelationes habuit. Relinquunt eum Angeli, & dicit sacer Textus: *Abraham adhuc stabat coram Domino.* Chald. *Abraham vero adhuc stabat in oratione coram Domino.* Quid illud adhuc! A quo tempore? Ab illo fervore orationis, & per consequens a mane, vel à nocte usque ad reditum ad domum, postquam Angeli discesserant, cumq; reliquerant. Unde ante adventum Angelorum orabat, minando illis orabat, itinere vadens, ac rediens orabat.

Gen. 18. Abrahæ tota vita oratio.

Origen.

Chryl. ib.

Chald.

E Quid mirum, inquit Origenes. Sponsam habebat orationem. *Abrahami vero aliam duxit uxorem, nomine Cethuram.* Ubi Origen. Patriarchatum conjugia semper mysticum aliquid indicant, & sacramentum. Cethura interpretatur incensum, & bonus odor. Ille Cethuram ducit uxore, & bonus Christi odor efficitur, qui sine intermissione orando, offert

Abraham cum oratione velut conjugatus. Gen. 25. Orig. ibid. Hebr.

Bb 3 Domi-